E 1863

DECEM
ṢENDAVESTÆ
EXCERPTA

DECEM
SENDAVESTÆ
EXCERPTA

LATINE VERTIT
SENTENTIARUM EXPLICATIONEM ET CRITICOS COMMENTARIOS
ADJECIT
TEXTUM ARCHETYPI AD WESTERGAARDII, SPIEGELII
ALIORUMQUE LUCUBRATIONES RECENSUIT

Dr CAJETANUS KOSSOWICZ

SANSCRITARUM LITERARUM
IN CÆSAREA LITERARIA UNIVERSITATE PETROPOLITANA PROFESSOR
CHARKOWIENSIS UNIVERSITATIS ET SOCIETATUM ARCHÆOLOGICÆ PETROPOLITANÆ
ASIATICÆQUE PARISIENSIS SODALIS

PARISIIS

EXCUSUM
IN TYPOGRAPHEO IMPERIALI
MAGNI CANCELLARII PERMISSU

MDCCCLXV

PRÆFATIO.

Quum in Cæsarea Universitate literarum Petropolitana Sanscritis literis etiam Ṣendicas adjunctas esse statuta nostra voluerunt, officii mei duxi, juvenum Airyanarum literarum studiosorum commodo, aliquot specimina Ṣendici sermonis, cum criticis et philologicis explicationibus, edere, simul et de ipsius Ṣendavestæ indole et ætate, ut me persuasum habebam, disserere. Libellus meus 1861 anno Petropoli typis expressus, postquam patriæ fines excesserit, benevolentissime a doctissimis viris, quibus talia studia sunt cordi, acceptus, addidit mihi stimulos ampliora Ṣendavestæ excerpere, idque sic, ut excerptis meis etiam interiora Airyorum religionis mysteria, quantum in præsentia possim, publici juris, revelata, faciam; quod animi propositum

certe inter pia desideria mansisset, nisi, ante omnes, clarissimi et doctissimi Spiegelii herculeorum laborum monumentis vias mihi imprimis munitas habuerim, quibus accessit classicum Justii opus, quo auctore, antiquissima Airyana lingua, jam non paucorum, qui vitæ totius impendio talibus vacare studiis potuissent, sed ditionis uniuscujusque ferme est facta, qui simpliciter Ṣendavestam, ut Græcum, ut Latinum librum, suæ utilitatis vel commodi esse ediscendam putaverit. Decem itaque excerpta edenda et explicanda selegi, quorum quatuor jam a me citato anno edita, nunc, meritissimorum de re Ṣendica virorum operibus, Spiegelii nempe, Windischmanni, Justii cet., quæ post opusculum meum in lucem prodierunt, consultis, novæ probationi subjecta et retractata, cum aliis sex majoribus, Latine explicata, in opere hoc, textui Ṣendico, ad Westergaardii præcipue Spiegeliique lucubrationes concinnato, præmissa, eduntur.

In seligendis et disponendis excerptis ordinem aliquem, qui animi mei proposito responderet, servare volui, primoque in loco quæ de ipso maṣdaici cultus conditore in libris Airyanicis leguntur exhibui. Duo sunt clarissima fragmenta (Yasna, IX, 1-29; 1-87 et Vend. 1-10; 1-33),

explanatio prioris quorum, ubi antiquissimi Airyi heroes, ut cultui maṣdayaśnico deditî, una cum ipso Ṣarafustra recensentur, tot insignium virorum curas, tantum præstantissimorum ingeniorum, a maximo Burnoufio incipiendo, sollertiæ sagacitatisque meruit. Posterius, ubi tentatio Ṣarafustræ a malefico dæmone instituta describitur, opere jam absoluto et dum in eo eram, ut typis excudendum illud traderem, in Commentario Spiegelii, cujus Ima pars nuper e prelo typographico exiit, novis clarissimi viri, iisque recentissimis, illustratum curis, inveni, meque terque quaterque fortunatum prædico, quum ad hoc, tum ad alterum ejusdem capitis fragmentum (27-34; 89-110), nec non ad II^dum Vendidadi caput, ad philologicas leges explicanda ex isto libro utilissima depromere potuisse.

Recordationes Ṣarafustricas, quæ aliquo modo personam Ṣarafustræ spectant, duo excerpta de animæ humanæ conditione post mortem excipiunt (Vend. XIX, 27-34; Yashti fragm. XXII). Quæ de ambobus sentiam in annotationibus sat cumulate exposui : duorum horum fragmentorum diligens inter se comparatio Airyorum disciplinam, jam antiquissimis temporibus, quum

apud Airyanum populum floreret, canonice, ut ita dicam, jam post aliorum yaṣatarum, imprimis τοῦ Vohumanô, ʿKśatravairya cet., cultum a ṣaratustricis asseclis ascitus fuisse videtur, non tamen cum ullo βασέων maṣdayaśnicæ doctrinæ detrimento, quum Mitras, quamquam potentissimus genius, ut creatura et simul vicarius quodam modo Ahuræ hoc yashto prædicatur. Yashtum in Solem, ad comparationem hujus cum Mitra, quem angelum Solis (angel of the Sun) celeberrimus Haugius tradit, si cui placeret, instituendam, subjunxi.

Terminat opusculum celeberrima de Yima, secundum Vendidadi caput explens, narratio, quæ mythica persona, si non primum, ut Vedicus Yamas, in terris hominem, primum certe hominum per terras propagatorem et ducem,

universam rerum naturam, videt, e fodinis linguæ suorum assectarum nova vocabula eruere debuit, tum ad ipsum *deum* (si etiam pro *substrato* vedicum *Asuram* elegerit), tum ad quæ illum spectant denominanda. Antiqui Aryici *dêvi*, hac rerum mutatione, in dæmonas abierunt, conservatis perpaucis cum geniorum, a summo creatorum numine, munere, illiusque voluntati explendæ inservientium, e quorum numero est Mitras. Copiosius de hac re disserui in primæ fragmentorum Ṣaratustricorum editionis Rossica præfatione et hic in annotationibus versionem meam yashti in Mitram comitantibus.

primum denique regem, eundemque a communi clade, diluvio proxima, generis humani servatorem repræsentat.

Talia edenda, interpretanda et explicanda volui; nunc de ipsius laboris mei in hoc opere concinnando expensi ratione pauca adjicere placet. Duplex in libro publici juris faciendo votum habui, ut iis, qui ad Ṣendicam linguam ediscendam accedunt, alicui sim adjumento, tum, ut tironibus, quod jam ex præfatis a me liquet, de interiore antiquissimæ Airyorum religionis indole — ut hæc Ṣendavestæ libris obvenit — clarissimum, quantum in me est, sensum præbeam. Quæ omnia quum vel maxime e probe intelligendis singularium vocum explicationibus pendeant, literalem, quam dicunt, versionem, alterius classicæ linguæ vocabula passim in meam rem vertendo, feci, perpetuam ferme φρασέων explicationem adjiciendo, qua re, tum copiosissimis annotationibus, obscuritati mederi, quantum potui, studui. Airyanas singulas voces, quarum sensum et vim nisi pluribus Latine reddere potui, *regulæ* ope (-) in unum conjunxi; *particulas* compositorum verborum, a verbis suis, e sermonis genio, avulsa, eadem regula, ipsaque talia verba, distinxi, semper usitatiores

verborum Latinas formas, quæque ad interiorem, sive vocum, sive sententiarum, explicationem spectant, in *uncis* [ ] apponendo, ad alia, ut ad formarum grammaticarum denotationes ceteraque, quæ ampliori archetypi intelligentiæ aliquo modo conducere videbantur, *parenthesis* signo ( ) maximam partem adhibito; in annotationibus autem præcipue documenta, quibus mea interpretandi ratio innititur, exhibui, versiones aliorum persæpe, idque religiosissime, ascribendo, ut unusquisque, si opinio mea displiceret, habeat ad manus quo refugere, ibique et de his, quæ ad archetypi *textum* pertinent, interdum commemoravi, atque in ipso textu passim antiquiores formas, quas agnoscere putaverim, posterioribus præferendas volui. *Puncta* (.) unamquamque Ṣendicam vocem comitantia, præeunte clarissimo Lepsio, omisi, quum utilitatis horum in vocibus distinguendis, cui rei in mstis inserviunt, in libro typis expresso nullum momentum esse potest, quod unicum signum ad distinguendas sententias in archetypi textu adhibui. Quamquam vero in opere meo, ut omnia primo obtutu facillima intellectu sint, maximas curas posui, supervacaneum forsan hic asserere, quod in ediscenda Airyana lingua operam meam nisi

his tironibus utique in præsentia alicui usui fore affirmaverim, qui archetypum non literalis qualiscumque versionis ope, sed semper radicum formarumque vi e thesauro et grammatico clarissimi Justii, linguarumque comparationi clarissimi Boppii destinato, opere evolvenda, Ṣendicam linguam didicerint, meaque excerpta, nisi his, nempe radicibus et formis vocum, bene ibi perspectis et intellectis, in suam rem verterint.

Quum opus hoc, quantumcumque et qualecumque sit, nonnisi post eminentissimorum virorum labores animo concipi et peragi potuit, immensa de his studiis magistrorum meorum recolens merita, præter nuncupatos Spiegelium et Justium, clarissimis Westergaardio, Boppio, Herm. Brockhausio, Benfeyo, M. J. et F. Mülleris, Olshausenio, Schlottmanno, Rückertio aliisque, quantum debuerim, gratissimi animi conscientia teneri, non verbis exprimi potest. Dumque Parisiis morans, libellum meum in hac Orientalibus studiis acceptissima sede edendum constitui, ubi strenuus Anquetilius primus Ṣaraſustrica monumenta, postquam e tot seculorum tenebris eruerit, in lucem universam protraxit, ubi Burnoufius posuit fundamenta recte illa interpretandi et intelligendi, ubi

Musæ Orientales, quasi in perpetuum cultui suo perficiendo stabilem Parnassum posuerunt — testes sunt de Sacyi, Quatremèrii, Reinaudii, Mohlii, Regnierii, Chézyi, Burnoufii, Foucauxii aliorumque magna laborum monumenta, testes juniorum, Renanii, Bréalii, Oppertii, Pavii, Fauchii, cet. clarissima opera — dulcissimum mihi semperque gratissimo animo memorandum fuit hic in me et in studia mea amplissimam talium virorum, qualibus in Reinaudio et in Julio Mohlio Gallia gloriatur, benevolentiam fuisse expertum, tum e nostratibus Nicolaum Khanikowium, quem Orientales Musas quis nescit ubicumque in deliciis habere, tot integerrimæ amicitiæ documenta, tantumque in me fraternæ sollicitudinis, in omnibus, quæ accuratius edendum opusculum spectaverint, expendisse; hicque ex patria mea dilectissima, a qua valetudo tantisper remotum me detinet, maximas perpetuasque sublevandorum laborum meorum experiundo curas, tum ab amplissima Linguarum Orientalium Facultate, quam in persona doctissimi amicissimique mihi Decani Antonii Muchlinscii, literarum Orientalium vel auctoris acutissimi, vel impulsoris efficacissimi, nuncupare juvat, neque non ab almæ Univer-

sitatis nostræ universo clarissimo Consilio Universitatisque Rectore Magnifico, Alexandro Woskresienscio, tum ab humanissimo rei apud nos literariæ Curatore Illustrissimo, Ioanne Delanowio, in quo Petropolitani Ludi, Scholæ, Universitas, et decus amabilissimum, et præsidium tutissimum, et suis penitus incremento prosperitatique magnum excelsumque acerrime deditum animum possidere lætantur, tum a strenuo indefessoque potentissimi Omnium Rossiarum Autocratoris summo publicæ eruditionis luminum per vastissimos imperii fines propagandorum Administro, Viro Excellentissimo Alexandro Golowninio, tum denique a Status Secretario Illustrissimo, Libero Barone Modesto Korffio, cujus insignia de nostro jure civili, deque Cæsarea Publica Bibliotheca merita præsensque novit ætas neque grata unquam obliviscetur posteritas, — talibus honoratissimis meritissimisque de patria mea viris aliisque amicis meis dulcissimis, interque hos, Petro Pletniowio, olim Rectori Universitatis nostræ Magnifico, cujus candidus animus, omnium assidua Musarum societate conformatus, spiritu ingenuo ipsaque quasi illarum præsentia familiares suos delectat, qui primis Sanscritæ a me ediscendæ linguæ initiis valentissimus astitit

nec ab ulterioribus meis benignissime excipiendis alacriterque promovendis unquam vacuum se præstitit, Athanasio Byczkowio, qui lumen et columen est Cæsareæ publicæ Bibliothecæ indeque a juvenilibus annis arctissimo mecum amicitiæ vinculo conjunctus, in omnibus, quæ usquam apud me in melius verti potuissent, curam et sollicitudinem suam nunquam deficere est passus, et Petro Lawrowscio, Cæsareæ Charkowiensis Universitatis professori, viro, qua patent literarum Slavicarum cultus et cognitio, longe clarissimo, quo, inter cetera, auctore rogatoreque fratre ejus unanimo, doctissimo historico-philologicæ Facultatis Decano, Nicolao Lawrowscio, amplissimus Professorum Charkowiensis Universitatis Ordo, præsidente Magnifico Universitatis Rectore, æque eruditionis vastissimæ ingeniique, ac animi omnibus pulcherrimis dotibus eximio, clarissimo Wladimiro Koczetowio, mihi, jam benignissime Universitatis literariis Sociis ascripto, summos etiam academicos honores, Doctoris dignitatem, ultro, maximo gaudio meo — ut quæ a cœtu virorum unice patriæ scientiarumque in patria florentium incremento intentorum decernebatur — nullis probationibus habitis, uno ferme consensu, li-

beralissime detulit, omnibus his fautoribus meis insignissimis, postquam innumerabilia egregiaque apud me locata beneficia nisi operis exigui in præsentia rependere munusculo possum, piissime illud, quamvis rudius minimeque sit acceptis respondens, dicando, publico, sic, etiam severiori judicio, in rem meam id utique pro virili convertendum enisurus, cedendoque necessitati tironum meorum usui et commodo subveniendi, operam inchoatam imperfectamque faustis auspiciis animoque audenti committo.

C. Kossowicz.

Scribebam Parisiis A. 1865 febr. 27/mart. 11 d.

INTERPRETATIO

ET COMMENTARII.

I.

EXALTATIO ṢARAṪUSTRÆ.

YASNA IX, 1—29 (1—89).

1. Hâvani (sic dictum) versus tempus [diluculo][1] ad- Haomas -venit Ṣaraṫustram (venit ad Ṣar., *præpositione â ad verbum upâiḍ referenda*)[2], ignem purificantem (*in adornando foco, aqnisṫâna, explicante Neriosenghio, iisque quæ ad ignem rite incendendum pertinent, occupatum*), carmina-sanctaque recinentem. Illum interrogavit Ṣaraṫustras : Qui vir es, quem ego totius mundi corporei (*aśtvatô*, gen. I.) præstantissimum vidi [omnium mortalium, quos uspiam vidi, longe præstantissimum] sui corporis[3] magnifici, immortalis

[1] *Hâvanim ratûm*, appositio. Sec. Just. : zur Mittagszeit.

[2] Cf. vd. v, 60, ubi similiter *hanm* ad compos. verbum refertur, et alias.

[3] Der du mir als der schönste erscheinst, mit eigenem Leben begabt, majestätisch und unsterblich, Spieg. (den schönsten) mit seinem glänzenden unsterblichen Leben (Leibe), Justius. Mihi, si vocabulo *gaya* hic et yt. x. 55, ubi eodem sensu obvenit, significatio *vitæ* tribueretur, abstractius videtur esse, ut cum significatione verbi *dâdarĕśa, vidi,* bene quadrare posset, ideoque a Burnoufio, qui in isto vertendo cum Neriosenghio non consentit, recedendum non putavi. In yt. x. itidem analogica notio verbalium formarum *śuśuyanm, ǵagmyanm,* cum substantivis suis in eodem atque hic casu constructarum, quarumque posterior etiam eadem vocabula in eadem forma repetit, substantivum *gaya* pro *vita* accipere vetat. — In prima hujus excerpti editione nescio quo, sive oculorum, sive memoriæ, lapsu,

[cum isto tuo corpore magn. immort.]? 2. At mihi [mihi vero] iste respondit Haomas innocuus, mortem-removens: Ego sum, o Ṣarafustra, Haomas innocuus, amovens-mortem : me appete, justissime, me elice edendi[bibendi]-causa, me celebrando[*dat.*, ut per te celeber sim] celebra, sicuti me alii-quilibet salutis-hominum-studiosi celebraverunt (*śtavaṇn*, impf. conj. a r. *śtu.*)[1]. 3. At dixit Ṣarafustras: Gloria Haomæ! Quis te primus, Haoma, vir corporeo elicuit in mundo? Quæ illi [ab illo] felicitas est obtenta? Quod illum adiit emolumentum [quod emolumentum, succo plantæ haomæ eliciendo, sibi paravit?]? 4. At mihi ille respondit Haomas innocuus, amovens-consumptionem : Vîvaṇhâs me primus homo [hominum in] corporeo elicuit mundo. Hæc illi [ab illo] felicitas est acquisita, hoc illum adiit emolumentum, quod illius [illi] filius natus est qui Yimas [qui Yimæ nomine cluet], splendidus, præclare-turba-adornatus [sc. præclarus dux turbæ gentium], nobilissimus progenitorum, solem aspectans, hominum [nobilissimus omnium, qui usquam nati sunt et viderunt solem,

clarissimum Spiegelium vocem hanc per *corpus* vertisse dixi, quod hic quantocunque errori expiando notasse satagat.

[1] Rufe mich an mit Lob, wie mich die künftigen Retter anrufen werden, Just. Sed omnes heroes qui mox hic enumerantur, Yimas ex gr., longe ante Ṣarafustram vixerunt (cf. vd. II, 1-3). Conjunctivus *śtavaṇn* facile explicari videtur sensu : sicuti me alii śaośyantes *celebrarent* (celebraverint), i. e. *potuerunt ut celebrarent*, nempe *pares celebrando mihi sese præstiterunt*, quod redit ad : *rite celebraverunt*. *Apara* hic vel c. significatione *alius post* idem ac *alius quam tu* esse puto planeque τῷ *anyô ṫwaḍ*, vd. II, 3, me sentiente, respondere.

hominum], quia perfecit illius de-regno non-mori-
bundos pecora-hominesque, non-siccitati-obnoxias
aquas-plantas [que, utque] fruerentur[1] [animantia]
cibum non-deficientem [quia perfecit, regimine suo,
ut pecora et homines a mortalitate, aquæ et plantæ
a siccitate, in universum autem animantia ab inopia
cibi sint liberi]. 5. Yimæ in-dominio (*khšathrahê*, 5
gen. temp. : tempore dominatus Yimæ) strenui non
frigus fuit (*ah*), non calor, non senectus fuit, non
mors, neque invidia a-daêvis procreata : quindecim
annos-[veluti]-nati incedebant pater filiusque in-
ætate [sc. florentis ætatis specie] uterlibet, quamdiu
regnavit clarus-dux-gentium Yimas Vîvaṇhâtis filius.
6. Quis te secundus, Haoma, vir in-corporeo eli- 6
cuit mundo? Quam ille felicitatem est nactus? Quod
illi obvenit emolumentum? 7. At mihi iste respondit 7
Haomas innocuus, mortem-amovens : Âthwyas me
secundus vir in-corporeo elicuit mundo. Hanc ille
felicitatem est nactus, hoc illi obvenit emolumen-
tum, quod illi (*hê*, gen.) filius progenitus est vico
[in] forti (*vîsô śûrayâo*, gen. l.), Thraêtaonas, 8. qui 8
occidit serpentem Dahâkam, tribus-oribus-prædi-
tum, tribus-capitibus, sex-oculis, mille-facultatibus,
præpotentem, e-daêvorum-stirpe drugam, infestam
animantibus, maleficam, quam vel-maxime-præpo-

[1] Facilius, nescio an justius, est *qairyaṇn* pro. acc. neutr. adj. *qairyan*, secundum Justium, accipere, doctissimo viro locum hunc cum Spiegelio sic vertente : Weil er machte die essbare Speise unversiegbar. A verbo *kĕrĕnaod*, ut sequentes accusativi, ita et conj. *qairyaṇn* (a r. qar) cum subintelligenda voce *animantia*, me interpretante, pendent.

tentem drugam procreavitque[1] Aṇrô-mainyus in
quem corporeum mundum [ubicumque in mundo
corporeis animantibus ornato], morti sanctitatis exis-
tentium-in-mundo (sc. ut mortem inferret sanctitati).
9 9. Quis te tertius, Haoma, in-animantibus-corpo-
reis-adornato elicuit mundo? Quam felicitatem ille
est adeptus? Quod illi obvenit emolumentum?
10 10. At mihi hic respondit Haomas innocuus, amo-
vens-mortem: 'Tritus, Śâmorum beneficentissimus,
tertius me vir in-animantibus-corporeis-adornato eli-
cuit mundo. Hanc ille nactus est felicitatem, hoc illi
obvenit emolumentum, quod illi [ab illo] duo-filii
progeniti sunt: Urvâkśayas Kĕrĕśâśpaśque, religionis-
cultor alter, legem-ordinans, at alter sublimiora-
11 capessens juvenis (*yavan*), gaêśus, claviger, 11. qui
occidit serpentem Śrvaram, quem equos-deglutien-
tem, homines deglutientem [qui equos hominesque
devorabat], quem virulentum, viridem [illum, qui
viru plenus, viridis fuit], quem super virus fluebat
pollicis altitudine, viride, quem super Kĕrĕśâśpaś
in-aheno escam coquebat versus rapitwinĕm (sic
dictum) tempus [circa meridiem]. Exarsit iste morti-
fer, seseque contorsit [exsiluit], porro ab-imo-
aheno [sursum] resiluit, [ita ut] ferventem aquam
subverteret (conj. impf. a r. *aṇh.*): retro concussus
regressus est viri-animum-habens [fortis] Kĕrĕśâśpaś.

[1] *Frakĕrĕntaḍ* de Aṇrômainyu; de creatore Ahura-maṣda vulgo Ṣendavestæ usurpatur aliud vocabulum (*ťwĕrĕś*; vide ex. gr. vend. 1.). Conf. yt. XXII, 1, 19, ubi caput cadaveris hominis beati alio, peccatoris vero alio, vocabulo nominatur, et cetera similia.

12. Quis te quartus, Haoma, in-corporeis-ani- 12
mantibus-adornato elicuit mundo? Quam felicita-
tem ille est adeptus? Quod emolumentum habuit?.
13. At mihi iste respondit Haomas innocuûs, re- 13
movens-mortem : Pourušâśpas me quartus homo
in-corporeis-animantibus-adornato elicuit mundo.
Hanc ille felicitatem nactus est, hoc emolumentum
illi contigit, quod illi (*hê*, gen.) tu natus es, tu recte
Ṣaraťustra, in-domo (*nmânahê*, gen. l.) Poûrušâśpæ,
daêvorum inimicus, Ahuræ-cultui-addictus, 14. cla- 14
rus in Airya terra. Tu primus, Saraťustra, ahû-vairyô[1]
(sic dictum carmen sanctum) homines audire-fecisti,
[jam] sese propagantem, quater-recitandum, posterius
[posteriori in parte] sonoro cantu [exprimendum];
15. tu sub terram abscondi [sub terram detrusos] 15
perfecisti omnes daêvos, Ṣaraťustra, qui ante-hac
virorum-forma [virorum formam gerentes] discur-
rebant (*apatayĕn*, pot. aor. a r. *pat* c. præp. *â*) in
hac terra (*âya ṣĕmâ*, instr.), qui fortissimus [es], qui
firmissimus, *qui impigerrimus*, *qui ocissimus*, *qui*
vel-invictissimus [ut quisque] *fuit duorum-spirituum*
creaturarum[2]. 16. At dixit Ṣaraťustras : Laus Haomæ! 16
benignus Haomas.........................
.....26. Pro- tibi Maṣdas -tulit [obtulit, dedit] in- 26
primordiis-rerum cingulum e-stellis-conformatum,
a-cælitibus-fabricatum, benignam religionem Maṣ-
dam-colentem (quod insigne est Maṣdæ religionem
profitentium). At hoc es [consides] accinctus cacu-

[1] Vide sequens excerptum (v. XIX, 2).
[2] *Manivdo*. Conf. y. XXX.

mina super [super cacumina] montium incolumitati
legumque præceptorumque (acc.) sacræ-doctrinæ.
27 27. Haoma domuum-domine, vicorum-domine, re-
gionum-domine, [nec-non] divina-sanctitate [tua]
sapientiæ-moderator-et-prome! fortitudinique te
victoriæque mihi invoco, corpori nutrimentoque
quod abundantis [pro : abundante]-alimentis [invoco
te ad fortitudinem, victoriam, corporique meo nu-
28 trimenta efficacia impertiendum]. 28. Ex- nos odio-
nos-prosequentium [a prosequentibus nos odio], ex-
animas (*manô*, sing., nostras)-fer[1] [effer, serva], vi-
rulentorum [a virulentis istis hominibus[2]], qui
quisque [si quis autem] hac in-domo, si quis hoc
[in] vico, si quis hoc [in] pago, si quis hac [in] regione
malitiosus est homo, abreptum-fac illius pedibus
vigorem [pedibus illius vigorem adime], circum-
illius intelligentiam -obnube [circum-obnube =
plane obnube, offusca], plaga illius animum affice
29 [dicendo]: 29. Ne pedibus potens-sis (*tu*), ne mani-
bus polleas! Ne terram aspiciat [ille] oculis, ne ani-
mans [quodlibet[3]] aspiciat oculis, qui odio-infensus-
est in-nostri animum, qui odio-infensus-est in nostri
corpus!...

[1] *Vî* utrobique refertur ad verbum *bara*.

[2] *Nô* potest etiam pro gen. hic accipi, *vî* autem repetitum nil nisi vehementiorem denotare affectum, ut passim apud Homerum particulæ analogæ, sensusque enunciati esse : libera, libera animas nostri ab inimicis, ab virulentis istis hominibus.

[3] Conf. vend. II, 27.

II.

TENTATIO SARAṬUSTRÆ.

II.

TENTATIO ṢARAŤUSTRÆ.

I, 1—10 (1—35).

1. Septentrionali a plaga, septentrionalibus a pla- 1
gis[1], accurrit Aṇrô-mainyus, plenus-morte, daêvorum
daêvus; sic dixit ille, qui male-sapiens [est], Aṇrô-
mainyus, plenus-morte : Druǩs! accurre, interfice
sanctum Ṣaraťustram. Druǩs illum circumcursavit,
Bûiti-daêvus[2], exitiabilis pestis, fraudatrix. 2. Ṣara- 2
ťustras *tunc* [carmen] ahû vairyô (sic dictum) reci-
tabat :

Sicut dominus voluntate-pollens [omnia agens ad voluntatem, omnipotens], ita moderator [ille est] sanctitate ex [ex sanctitate, sc. ita nihilominus res moderatur, ut omnia illius decreta justissima et sancta,

[1] Repetitio simpliciter emphatica nullumque interpolationem hic videndi dans locum; si enim voces *apáǩtaraêibyô haća naêmaêibyô* interpolatæ essent, ut vult Haugius, certe vel ad elucidandum, vel ad supplendum præcedentium vocum sensum, essent insertæ, aliæ ergo essent, non cædem, nisi mutato numero, ut textus archetypi tenet. Eandem emphasin præ se ferunt ex. gr. sententiæ in primo aditu laudum Solis (yt. VI), in vendidadi XIX, 27, et aliis in locis innumerabilibus.

[2] Nomen hujus dæmonis verisimiliter aliquid commune cum alio femineo dæmone *Buṡyanṡta* (yt. X, 97) habet, ad quod credendum eadem amborum vocabulorum etymologia invitat. Conf. Sansc. *ƀûtam.*

i. e. nullam cupiditatem, nullum partium studium redolentia, sint].

Benignæ dona [sunt] Mentis actionum [congruarum] Maşdæ mundi [sensus : quæque mundus, i. e. homines, ad voluntatem Maşdæ eoque auctore bene agit, quodque agit bene, omnia hæc summi numinis benignitati debentur][1].

Potestasque [est] Ahuræ [penes Ahuram] ad-(παρὰ) quam [sc. potestatem] pauperibus -dedit (παρεδίδου) præsidium [in qua probi pauperes præsidium possident nunquamque se a summo numine derelictos putant][2].

[1] Subjectum phraseos est vox *daşdâ*, quæ ante vocem *skyaoťnananm* facile subintelligitur, quæque eadem in prædicato exprimitur; *maşdâi* est dat. commodi, determinans voces *skyaoťnananm anheus*, *actionum mundi*, quibus subintelligendus nominativus *daşdâ* determinatur, ut sit : benignæ dona sunt mentis dona bonarum actionum, i. e. actiones bonæ, quæ nempe actiones ad voluntatem Maşdæ fiunt.

[2] Ut alias sæpe, sic etiam in hac breviuscula, sanctissima apud Parsos, precatione, ad normam doctissimi Justii explicationis conversa, tres præcipue qualitates summi numinis celebrantur : *aśa* (puritas, integritas, sanctitas), *vohu manô* (bona mens, bonitas, benignitas) et *ǩśâťra* (potestas, omnipotentia), estque hæc quasi aliqua explicatio fundamentorum Şaraťustricæ religionis, qualem illam voluit esse conditor. At quanquam hoc firmiter tenens, multifariis tamen præbet precatio hæc sese explicationibus, quarum hic quatuor, nempe Anquetilii, Julii Oppertii, Spiegelii et meam primæ fragmenti hujus editionis subjicere placet.

Anquetilii. C'est le désir d'Ormusd que le chef (de la Loi) fasse des œuvres pures et saintes. Bahman donne (l'abondance) à celui qui agit saintement dans le monde. Vous établissez Roi, ô Ormusd, celui qui soulage et nourrit le pauvre.

Julii Oppertii, 1862. Sicut verbum volens ita effectus veritate quacunque ex (nascitur). Boni creatio mentis actionum mundi Mazdæ creatori (est) regnumque Ahuræ spiritui (est). Quem contra malos

Aquæ bonæ venerantor boni [fluminis] Dâityæ, religionem Maṣdam-colentem profitemini [1].

Druks ab-illo consternatus [2] aufugit Bûiti-daêvus, exitiabilis pestis, fraudator. 3. Druks ilii [sc. Aṇrô- 3
mainyu] retulit : Vexator Aṇrô-mainyu! Non illi [illius] exitium circumspicio [non invenio exitium illi, deficit mihi omnino materies ad extinguendum illum], justissimo Ṣarafustræ : plenus-majestate [est] sanctus Ṣarafustras. Ṣarafustras in-animo [suo] conspexit (impf. c.): Daêvi mihi malefici, male-sapientes, exitium consciscunt. 4. Surrexit Ṣarafustras, incessit 4
Ṣarafustras, minime-perterritus a-malo spiritu malitia infestorum consiliorum [illius] [3]; saxa manu tenens

instituit deletorem. (Comme le verbe de la Volonté suprême, ainsi l'émanation n'existe que parce qu'elle procède d'une vérité quelconque. La création de ce qui est bon dans la pensée ou dans l'action appartient dans le monde à Mazda, et le règne est à Ahura, que le Verbe a constitué le destructeur des méchants.)

Spiegelii. Wie es des Herren Wille ist, also (ist er) der Gebieter aus der Reinheit. Von Vohu-mano Gaben (wird man empfangen) für die Werke (die) in der Welt für Mazda (man thut). Und das Reich dem Ahura (giebt man) wenn man den Armen Schutz verleiht.

Meæ editionis 1861. Sicut dominus spatii [quem in spatio agnoscimus] colendus est, ita (sc. colendus est) [isque] dominus-temporis, universa-sanctitate ex [universæ sanctitatis causa, pro sua sanctitate], bonæ dator cogitationis operibus-perficiendis [huic] mundo Maṣdæque regnum Ahuræ, quam pauperibus dedit escam (i. e. penes Maṣdam est regnum et auctoritas, quibus dedit hanc, qua pauper gaudet, escam, quorum ope nulli pauperi esca deficit).

[1] *Frâyaṣaêta,* man preise, et *fraorenaêta,* man möge bekennen, verehren, sunt 3 pp. s. pot. med. positæ impersonaliter.

[2] *Drug,* auctore Spiegelio, minime masculinum dæmonium est, jungitur autem cum *daêva,* ut cum voce, quæ communi malorum geniorum denominationi inservit.

[3] Instrumentales *aka manaṇha* et *kruṣ'd'ya* pendent a voce *aśarĕtô*

erat [tenebat] — katæ magnitudinis[1] [magnitudine] sunt [unumquodque saxum katæ magnitudinem exæquat] — sanctus Ṣaraťustras, accipiens (*vid*)[2] [hæc a] creatore (*dadťvâo*), ab-Ahura-maṣda. Quo, illi (dixit Aṇrô-mainyus) tenes [hæc saxa, sc. quam ad rem] hac super terra lata, globosa, longis-terminis [cujus termini longissime distant] *ad flumen* Darĕǵim (*Darĕǵya*, loc.) super-collem (loc.) [sumpta in] sede Pouruśâśpæ[3]?

in eadem propositione. Schlottmannus : Nicht verletzt durch Akamanas, durch die Wuth der Hassesfragen. Justius : Zarathustra war nicht verwundet durch Akoman (und) die Bosheit (Härte) seiner peinigenden Angriffe, qui vir doctissimus etiam aliam interpretationem admittit, nempe : *nicht verwundet* durch die Bosheit der von Akoman (ausgeführten) Angriffe, secundum quam vox *aka m.* a *ḍbaêśôp.* dependeret. Rückertius legit *akô manaṇhô* et vertit : Durch des Akamanos Härte der Feindseligkeitsfragen. Windischmannus, *kruśdťya* refert ad Ṣaraťustram, interpretando : Unerschrocken durch Akamanô (den bösen Geist), aus Zorn über die Hassesfragen.

[1] *Katômaśanhô* Spiegelius gen. sing. esse admittit. Justius, pro nom. plur. vocabulum accipit. Utrumque, quod ad sensum, ad Spiegelii interpretationem redit (von der Grösse eines Kata sind sie).

[2] Singularis est constructio genitivi *daťuśô* et dativi *Ahurâi maṣdâi*, qui ambo casus legitime a participio *vindĕmnô* pendent neque unus pro appositione alterius est accipiendus. — In prima editione *vandĕmnô*, secundum Westergaardium, expressi et ad significationem sanscr. radicis *vand* locum hunc verbis : probatus creatori (a creatore), ab Ahura-maṣda, verti.

[3] Justius : auf dem an dem (Fluss) Dareja (gelegenen) Berge, in der Wohnung des P. Difficillimum locum, aliorum interpretationibus bene perpensis, clarissimus Spiegelius in præstantissimo Commentario suo sic reddit : Wo wirst du sie (die Steine) halten auf dieser Erde, der breiten, runden, fern zu durchlaufenden? — An der Dreji des Zbar, der Wohnung des Pourushaçpa. Sed cui responsio ad interrogationem Anrô-mainyu hic esset tribuenda? Si Ṣaraťustræ, mox sequitur nova responsio vocibus *uṣvaêďayaḍ Ṣaraťustrô* (5) determinata, quæ nescio an bene cum hac quadraret. Aliorum interpretationes lector in accuratissimo Spiegelii Commentario inveniet.

I.

EXALTATIO ṢARAT̔USTRÆ.

5. Declaravit Ṣaratustras Aṇrô-mainyu: Male-sapiens 5
Aṇrô-mainyu! Occidam omnem creaturam a-daêvis-creatam, occidam dæmonem Naśum a-daêvis-creatum, occidam Pairikam, quam adorant (*k'naṇtaiti*, 3 p. s. præs. impersonaliter[1]) [ego], cui [a quo, in cujus progenie][2] nascetur Salvator (*śaośyanḍ*) victoriosus ex aqua Kaṇśaoya, orientali a plaga, orientalibusque a
plagis. 6. Ad- illi -dixit [illum ad-fatus est] maleficas- 6
creaturas-qui-produxit Aṇrô-mainyus: Ne mei creaturas interficias[3], sancte Ṣaratustra. Tu es Pouruśâśpæ filius, utero-matris ex [ex utero matris, ex matrice] vocatus es (aor. pass. sing. a. r. *ṣu*: tenuisti nomen, postquam es genitus. Mortalis es videlicet ex patre et matre mortali, neque te decet sublimiora, quæ hominis non sunt, petere)[4]. Abnue (*ἐξάρνησον*) [potius] bonam religionem Maṣdam-colentem [descisce potius

[1] Reposui *knaṇtaiti*, welche man anbetet (Sp.), lectione, quam prius secutus sum, parum a codicibus tutata.

[2] *Yuhmâi*, acceptum adverbialiter, significaret: Cui (tempori), usque ad tempus (bis dass—), quod e grammatica, forsan et ex exegetica, ratione, non malum sensum præbuisset. Sensus *φράσεως* tum esset: occidam inimicos religionis maṣdayaśnicæ, i. e. mea doctrina non ab inferendis damnis falsis cultoribus desistet usque ad adventum Salvatoris, qui penitus istos subvertet (conf. Zamy. yt. 88-96).

[3] *Mâ mĕrĕncainîs*, Spieg. Verbesserungen, Av. t. I.

[4] Interpretando sic, rationem grammaticam vocabuli *ṣâviśî* clar. Spiegelii amplector. Justius, qui in *ṣâviśî*, 1. p. s. aor. pass. videt, locum sic vertit: von deinen Ahnen ward ich angerufen. Sed ejusmodi significatio vocabuli *barĕtrya* nisi unius doctissimi viri conjectura defendi potest, et de cultu Aṇrô-mainyu ante Ṣaratustram nullibi vestigiis manentibus, notionem *τοῦ* Aṇrô-mainyu, ut ipsius ex. gr. *mainyu*, cum significatione *caeli* et *spiritus*, præcipuorumque yaṣatarum denominationes, non e populari aliqua religione, sed e fodinis Airyanæ linguæ novas, plane antiquæ populari religioni oppo-

a religione], adipiscare[1] felicitatem, ut adeptus est Va-
7 ďaganus, regionis dux. 7. Ad- illi -fatus est (dixit) qui
[est] justissimus Ṣarafustras : Non istius[2] [hominis, i.
e. mei, meam] abnuam bonam religionem Maṣdam-
colentem [non desciscam a religione], non, [si hæc
mea] existentia, non, [si] intellectus [meus] se sepa-
raverit [sc. si corpus, si vita, si animus meus sese
disjunxerint, religionem Maṣdæ non relinquam][3].
8 8. Illi dixit Aṇrô-mainyus : Cujus voce [ergo] feries
(*vanâi*, pro *vanâhi*, conj.), cujus voce occides (*yaś*),
quibus armis—[istique] fauste-creati [sc. occident]—
9 mei creaturas, [mei] Aṇrô-mainyu[4]? 9. Illum affatus
est justissimus Ṣarafustras: Duo-sacra mortaria, pa-
teræ, haomæque, verba a-Maṣda-prolata mea arma
(n. pl.) sunt optima (sing.). Hac voce occidam, hac voce
pessundabo, his armis, [te ego istique] fauste-procreati
[quos appellas], o male-sapiens Aṇrô-mainyu[5]! Crea-

sitas, ideas explicando populumque ad eas illiciendo, Ṣarafustram desumpsisse credo. (Conf. quæ in præf. de Miťræ cultu annotavi.)

[1] *Vindâi*, 2 p. conj. a r. *vid*.

[2] Nicht will ich mir (dat. ethicus) das Gesetz verfluchen, Just. Mihi *hé*, hic et generaliter in Ṣendicis libris, genitivus videtur esse.

[3] Absentia τοῦ *yaḍ* vel alicujus analogæ conjunctionis posset exemplo τοῦ *qairyaṇn* (yas. IX, 4) comprobari, si *qairyaṇn* pro conjunctivo sive potentiali est accipiendum. Sine *yaḍ*, vox *yiarviśyâḍ*, pro abl. substantivi *viarviśya* accepta, faciliorem explicandæ φράσεως rationem, ut justissime Spiegelius asserit, exhiberet; sed huic substantivo tribuenda tunc esset potestas accusativos etiam jure verbali regendi, quod hic durius esset, quam, ceterum, penes talia substantiva, in omnibus Aryicis linguis, persæpe invenimus.

[4] *Aṇrômainyus* pro *aṇrômainyeus* hic positum esse puto. (Cf. yt. XIX, 88.)

[5] Abruptior hic locus in prima editione secundum variantes lec-

vit[1] [hæc arma, sc. religionem maṣdaicam et quæ ad illam spectant] Sanctus Intellectus, creavit in-tempore, terminis-carente, creaverunt[2] Immortales Sancti, bene-potestate-instructi, bene-sapientes.
10. [Post hæc] Ṣarafustras carmen *ahû vairyô* recitavit (*śru*) : 10

tiones fuit a me concinnatus et versus. Quamvis nunc lectionem, a clarissimis textuum Sendicorum editoribus receptam, quoniam grammaticis legibus sit tutata, prætuli, forsan non pœnitebit illum, ut tunc a me éditus et, quod ad summam constructionis, interpretatus fuit, etiam hic apponere, quum non omnino grammaticæ rationi, si quid video, repugnat et auctoritatem codicum pro se habet.

8. Kahê vaća vanânê, kahê vaća apayaśâma (sensu pass.), kana ṣaya—hukĕrĕtâoṇhô, mana daṇma, Aṇrômainyus? — 9. Ana vaća vanâni, ana vaca apayaśâni, ana ṣaya — hukĕrĕtâoṇhô, âi duṣ'da Aṇrômainyô!

8. Cujus voce [ergo fas est ut] occisus sim, cujus voce simus majestate privati [cujus voce pessundemur], quibus armis — bene [sc. firmiter]-creati, meæ creaturæ [egoque] Aṇrômainyus? — 9. Hac voce occidam, hac voce pessundabo, his armis—[vos], firmiter creati, o male sapiens Aṇrômainyu!

In interpretatione primæ editionis hujus fragmenti vocem *hukĕrĕtâoṇhô* pro acc. quod falsum evasit, recipiebam; nunc si retineretur prædicatum *apayaśâma*, nominativus hic optime in *prima* propositione cum illo quadraret; in *secunda* vero forsan vocativi — si idem ac nominativus est admittendus, quod ceterum scrupulo suo non caret — partes gereret.

[1] *Dufad*, impf. a r. *daf*. — Spiegelius inclinatur ad r. *dâ* in hac forma potius cum significatione *dare* intelligendam, quod traditionali interpretationi non repugnaret significaretque : dedit (sc. Ṣarafustræ).

[2] *Fradafĕṇ*, impf. a r. *daf* c. præp. *fra*. Formam hanc huṣaofrici scholiastæ volunt Immortales Sanctos in Ṣarafustræ ab Ahura-maṣda dandis (sive in creandis) armis adjutorum partes tulisse significare. (V. Comm. Spieg. p. 425.)

Sicut dominus voluntate pollens, ita moderator ille est ex sua Sanctitate.

Benignæ dona sunt Mentis actionum Maṣdaicarum, quascunque mundus perficit.

Potestasque est penes Ahuram, quam pauperibus præsidium dedit.

III.

DE CONDITIONE HOMINIS POST MORTEM.

I.

III.

DE CONDITIONE HOMINIS

POST MORTEM.

I.

VENDIDAD XIX, 27-34 (89-112).

27. Creator mundorum corporeorum, sancte! Ubi hæ rationes reddendæ fiunt, ubi hæ rationes peraguntur (a r. *par*), ubi hæ rationes colliguntur, ubi hæ rationes sunt præsto (*ǵaś*[1]), [quas] mortalis corpori- 27

[1] Accumulata hæc similium significationum verba ad Spiegelii et Justii opiniones verti, quæ omnia verba forsan pro simplici emphatica unius ejusdemque verbalis sensus repetitione, ut alias passim, sunt accipienda. Haugius ad glossas sic dictas, vel ad interpolationes ea rejicit, quod dubito an apud quem vel minimum assensum invenire queat. Spiegelius uniuscujusque horum verborum, secundum huṣaofricos scholiastas, interpretationem citat, nempe, *buvainti*, secundum hos, significaret: sie sind in Besonderheit; *pârayêinti*, wo ist ihr Kommen und Gehen (scil. innuitur hoc iter rationum reddendarum); *pairibavainti*, wo sind sie auf einmal; *hĕngaśĕnti*, (wann) kommen sie zu demselben Orte mit dem Manne. Ascribam hic versionem clarissimi Spiegelii meamque anteriorem, quippe, si non emphasis hic obtinet, inest autem, ut suspicabar, aliqua sententiarum gradatio — certe vero non esse omnia hæc synonyma etiam clarissimus Spiegelius asserit — qui certiora his inquiret, in rem suam vertere licebit.

Versio Spieg.: wo sind diese Gerichte, wo gehen diese Gerichte vor sich, wo versammeln sich diese Gerichte, wo kommen die Gerichte zusammen (welche).

Versio mea anterior: Ubi hæ rationes reddendæ existunt [fiunt], ubi

bus-repleto mundo suæ animæ [pro sua anima] red-
28 diturus sit (*paradaitýâḍ*, pot. a r. *daṫ*)? 28. At dixit Ahura-maṣdas: Post mortuum hominem [1] [postquam homo mortuus fuerit], post obitum-passum (*śać*) hominem [postquam obierit], postquam contentionem [2] persolverint (*kĕrĕnĕntê*, præs. a r. *kar*) daêvi malefici, male sapientes, tertia nocte [finita], quando illucescit (*vaṇh* c. præp. *vi*) irradiatur (*ruć*) -que aurora [3],

hæ rationes coram veniunt [in aspectum judicum], ubi hæ rationes circum-sunt [colliguntur], ubi hæ rationes sunt frequentes, [quas].

[1] Rückertius, cum quo Spiegelius consentit, *paśća* non præpositionem gen. regentem, sed ut adverbium accipit, interpretando : nachher bei gestorbenen Menschen. Certe inferius *paśća* ante verbum *kĕrĕnĕntê* Latino *postea* vel *post* sensu adverbii, non conjunctioni *postquam*, ut, vertendo illud, feci, responderet, si non posterioribus, ut ego, enunciatis et hoc, cujus verbum *kĕrĕnĕntê* est copula, adjungas; sed quamvis generalem sensum, sive ut præpositio et conjunctio, sive ut adverbium recepta, particula non immutet, nescio an orationis tenor, si pro adverbio illam accipies, quum sæpe quasi interrumperetur, melior evadet.

[2] *Paśća pairiṫnĕm kĕrĕnĕntê* in priori editione hujus fragmenti fuit a me versum : postquam tentamen fecerint; nunc, quum Justii, tum Spiegelii, ad persuadendum accommodatis rationibus obtemperans, *tentamen* in *contentionem* mutavi. Justius locum hunc vertit verbis : nach dem Hingang des Menschen führen Krieg die Daêvas. — Spiegelius in Commentario : die Daevas unternehmen einen Krieg. Ambo verbo *kĕrĕnĕntê* (in 87 S-o, Avestæ editionis Spiegelianæ) sententiam finiri, ut videtur, accipiunt.

[3] *Bâmya*, secundum Justium, est nominativus, secundum Spiegelium, locativus, vocabulis *vîuśaiti* (*vîśaiti*), *uśraoćaiti* (apud Westergaardum *uśiraoćayêiti*) et inferius *uṣyôraiti* (*uṣyôraiⁿti*) clarissimo viro pro loc. partic. accipiente. In hoc Justium sequendo, ante unumquodque tamen verbum finitum, usque ad Viṣarĕśi actionem determinans, conjunctionem *paśća* subintelligendam censeo, quæ omnes anteriores sententias a verbo *vâďayêiti* dependere efficit, rationemque temporis, quo demum actio Viṣarĕśi incipiat, designat. Sensus sententiarum, quæ

quando montes puro-lumine-radiantes conscendit
Mit̃ras (nom. c. flexione gen. neutr.) pulchre-victoria-
ornatus, sol lucidusque exoritur (*ir* c. præp. *uś*),
29. Viṣarĕśus daêvus nomine, justissime Ṣarăt̃ustra, 29
animam vinctam abducit (*vâďayêiti*, præs. caus. a r.
vad) [tunc] malorum daêvis-addictorum [qui daêvos
coluere[1]], quæ-perverse-vitam-transegit (sc. animam)
hominum. Vias a-Tempore-conditas ingreditur qui-
que peccato, quique sanctitati (addictus fuerit[2]), Cin-
vaḍ-pontem[3] a Maṣda-conditum, sanctum: [ibi] men-
temque animumque demortui hominis res gestas
inter-viventia animantia inquirunt (*ǵad* c. præp.
paiti), pat̃ratas [a se] in-corporeo mundo[4]. 30. Ista 30

repetitionis quodam modo emphaticæ, ut sæpe, exemplum sistunt, in universum est hic: postquam homo decesserit, tresque dies sint elapsi, Vîṣarĕśus arripit animam mortui, si est mala, quod neque bonam a pontem C'invaḍ visendo liberat. Lectio Spieg.: *viśaiti uśruoćaiti b., quando* advenit (apparet) irradiaturque aurora.

[1] Nulla ratio est hic sub daêvayaśnis cultores *dêvorum*, sc. Indos, cum Haugio intelligendi, quum in religione Airyanorum hominum daêvi nil aliud sunt quam malefici dæmones, nocentes hominibus in universum, noxiique homines, sive Aryi, sive non Aryi, non possunt quin ab iis pro daêvis addictis haberentur.

[2] Sic et Spiegelius, qui in Comm. hæc tamen adjicit: Man kann aber auch übersetzen: wer für den Bösen (Geist), wer für den Reinen. (Conf. yt. x, 2.)

[3] Genitivi *pat̃anm ṣrvôdâtananm* et acc. *ćinvadpĕrĕtûm* sunt objecta unius verbi *ǵaśaiti*: ingreditur vias, nempe pontem, i. e. ascendit pontem.

[4] Tres ergo dies et noctes post mortem anima hominis manet sub lite. Sed scelestum propria animi conscientia, inde jam ab initio sui ad judicium itineris ligatum tenet; judicium vero hoc nil aliud nisi intima manifestaque rei convictio (ἔλεγχος) est, quæ illum æterno exitio addicat, quum, altera ex parte, probum hominem integritatis suæ conscientia liberum usque ad judicii tempus servat, quod itidem

pulchra, eximia-facie-prædita, velox, procera, advenit, cane [dæmonum propulsatore]-comitata, arbitrio-decisionis-judicii-instructa, diademate-capillis-

nihil aliud est quam manifesta convictio bene ab illo transactæ vitæ, quo judicio absoluto, Religio, cujus leges, dum viveret, observabat, illum in locum æternæ beatitudinis perducit, quæ eadem Religio, ut ex hoc loco patet, scelestum hominem, post judicium de illo prolatum, in tenebras detrahit. Locus iste, ubi una et eadem *daêna* (quod vocabulum etymologice a r. *dâ* provenire posuerim) utrobique sibi convenientes partes plane et distincte peragit, sub *daêna* individuam agendi existendique rationem, ut doctiss. Justius statuit, intelligere vetat. Aliud similis materiæ fragmentum (yt. XXII), de externo, ut hic fit, judicio animæ hominis mortui nil dicit, quum illud in ejus conscientia bonorum vel malorum ibi evidentissime sit positum, Religioque, quarti post mortem diei initio, postquam omnia a se peracta, quasi in speculo repercussa, videret, probum hominem in beatitudinem æternam reducit. Malum eadem *daêna*, absque dubio, ibi, ut et in hoc vendidadi fragmento, in tenebras protrudens, amplioribus probabiliter modo verbis, describebatur; attamen totius yashti fragmenti locus, ubi agitur de conditione mali mortui hominis, tribus diebus post mortem peractis, mire quam ex omnibus codicibus manuscriptis evanuit, ut contrarius, puto, mobedorum opinioni, quam ævo sacri codicis stabiliendi contraxerunt, qua *daênam* etiam individuam agendi existendique rationem esse volebant, neque puram religionem cum peccatore conversare fas esse ducebant, hancque ob causam in Parsica nuncupati yashti paraphrasi in locum, ut hic, religionis sub pulchra specie, turpem et deformem feminam obviam euntem scelesto mortuo finxerunt (Fr. Spiegel. Trad. Lit. der Parsen, p. 141). Quum in yashto, neque de judicio, neque de ponte C'invad est mentio directeque probus mortuus, post tertium diem, in domicilium Ahuræ perducitur, ubi adeo neque *Vohu-manô*, neque *Amĕsa ṡpĕnta* sunt illi obvii, rationem hanc satis idoneam puto affirmandi illum, ut simpliciorem, antiquiori, quod ad rem, tempori, quam hocce fragmentum vendidadi, pertinere. In hoc et in altero fragmento nonnisi unus beatitudinis locus, sive paradisus, apparet; nuncupata vero in yashto *humatu, hûkta, hvarsta*, ut contextus orationis ibi clarissime demonstrat, quum ad probationem solummodo piissimæ animæ pertineant, pro tribus separatis paradisis, ut serioris ævi interpretes volunt, nullo modo haberi

religatis (*puśavaiti*), facultatibus-præpollens[1] : illa
malorum noxiam animam (*arvânĕm*) tenebris addi-
cat (proprie : in tenebras abstrahit, detrudit : *ṣarĕś*
c. præp. *ni*[2]), illa sanctorum animas transque Mon-
tem excelsum[3] escendere facit (a r. *âh*[4]), perque
Cinvaḍ-pontem incolumes-sistit (*vîdarayêiti*, caus. a
r. *dar* c. præp. *vi*) in-via[5] incorporeorum yaṣatarum.
31. Surrexit Vohu-manô (Benignus spiritus[6]) e so- 31
lio ex-auro-facto[7], allocutus est Vohu-manô animam

possunt, sicuti et *dusmata, duṣûkta, duṣvarsta,* nullibi Ṣendavestæ separatos infernos constituunt. (Cf. yt. XXII, 18 et 36.)

[1] Omnia epitheta hujus virginis hic secundum Justii ad persuadendum accommodatissimas explicationes refeci, quanquam falsus essem, si dicerem lectiones *śpânavaiti, navavaiti,* partim vero et *puśavaiti* jam nihil pro se habere asserendum. (Vide Commentarium Spiegelii, p. 442-443.) Quod ad *ἐπίθετον puśavaitî,* quod forsan significaret *fune, vinculis,* instructa, conf. Indicum mythum de Yama, qui in Mahâbârata, ut deus mortis idemque fune (*paśa*) instructus, inducitur.

[2] Causas, cur locum hunc spurium non credo, in annotatione ad 29 exposui. Quæ in yashto XXII de virgine nostra referuntur nil ad alteram deformem in antiquo illius textu fuisse conjectandum faciunt; in Minokhired vero virgo deformis ad posteriora placita firmanda, ut mihi et nunc persuasum habeo quodque in præcitata annotatione probasse puto, est conformata.

[3] *Haraṇm bĕrĕṣaitîm* : jugum montium, qui terram circumdant finesque circa ei præbent.

[4] Conf. Germanicum durchsetzen.

[5] Secundum Westergaardium et Windischmannum, quibus Justius et Spiegelius accedunt, *haêtu* = sanscr. *sêtu,* quod et mihi olim menti observabatur. In Commentario Spiegelius vertit : Auf der Brücke der himmlischen Yazatas. Justius reddit vocabulum *haêtu* vocibus : Brücke, Weg.

[6] Notetur numen divinum, quod olim sub nomine Bonæ Mentis Romæ adorabatur, probabiliterque ab Oriente illuc allatum fuit.

[7] *Ṣaranyôkĕrĕtô*, nom. pro loc. probabiliter ad similitudinem soni

piani: Quomodo ad-nos huc, innocue, venisti caduco
e mundo exitii-nescium mundum in (in mundum
32 nescium exitii)? 32. Placidæ sanctorum animæ per-
gunt (a r. *par*) ad Ahuræ-masdæ, ad Immortalium
Sanctorum, ad thronos ex-auro-factos [adeunt au-
reos thronos Ahuræ-maṣdæ et Immortalium Sancto-
rum], ad Venerationis-domum [*Garô-nmânĕm*], se-
dem Ahuræ-maṣdæ, sedem Immortalium Sanctorum,
33 sedem aliorum innocuorum. 33. Justificationi-ob-
noxius (yaoṡdâḟryô) homo-probus[1], post obitum (sc.
tempore, quo post mortem sanctitas innocui proba-
tur) — daêvi malefici, male-sapientes *vel* odorem
[illius] etiam contremiscunt [timent], sicut ovis
lupo-devota[2] lupo a contremiscit [timet lupum].
34 34. Homines sancti[3] adsunt [mortuo innocuo, a r.

substantivi *gâtvô*, quod in *ô* terminatur et ad quod refertur, formatus esse videtur.

[1] *Yaoṣ̌dâḟryô aṡava* sunt nominativi absoluti. Ceterum, si forma *aṡava* non obstaret, *yaoṣ̌dâḟryô* forsan pro genitivo (ut supra, 31, *ṣaranyôkĕrĕtô*, nom. pro loc.) potuisset capi, ad flexionem in *ô* tam sæpe syllaba finali in Ṣendico sermone vergente, cumque sequente acc. *baodĕm* facillime conjungi, sensu: justificationi-obnoxii probi hominis etiam odorem post obitum daêvi contremiscunt.

[2] Spiegelius in Commentario: *Vĕhrkavaiti* eigentlich mit Wölfen begabt, d. i. nach meiner Ansicht, von Wölfen umgeben; Justius: von Wölfen bedroht. Verti *lupo devota*, sc. quæ contra lupos se defendere non potest, quasi lupis addicta, debilis, quod ex primaria significatione *lupum habens* æque evolvi potest. Omnes istas explicationes veras esse sensumque omnium in vocabulo contineri puto.

[3] Sub *hominibus sanctis* intelligo in universum probos demortuos, qui novo, sui simili, demortuo homini assistunt, suntque hæc verba quasi ulterior præcedentium explicatio, quæ partim jam sub *ks̈nûtô aṡaonaṇm urvânô pârayêinti* enuntiatur, quibus verbis auctor vivis, credo, hominibus animos addere voluit, declarando videlicet,

bû c. præp. *hanm*], Nairyôśanhas adest *illi* [penes illum degit] : familiaris[1] Maşdæ-Ahuræ, dic [puta], *est* Nairyôśanhas.

quod, quamvis daêvi, natura sua malefici, non possunt quin maximam invidiam erga homines probos, quibus jam licebit æterna beatitudine frui, persentiant, certamenque (*pairitnĕm*) adeo cum illis facere voluissent, attamen proborum animæ, inde a prima cum corpore separatione, *placidæ* sunt : illis assistunt animæ Sanctorum, illis assistit Nairyôśanhas. Vocabulo *yaoś'dâtryô* plane persuadeor hic de momento temporis, non quum ad summum numen homo probus pervenerit, agi, sed quum adhuc probationi, justificationi, iste obnoxius fuisset, quarti videlicet diei post mortem initio, adeo ut aspectus probi hominis, contra quem daêvi exsurgunt, jam ante virginis adventum illos tremefacit. Conclusio hujus fragmenti sic est facta, ut ultimis ejus verbis quasi aliquo modo expleatur quod initio orationis, sermone urgente, omissum fuerit.

[1] *Aśtô*, quum Spiegelio et Justio auctoribus, *Gesandter* est, una et ut *familiaris* summi numinis, partium, quas hic assumit, vi designatur, quod significationis, si bene intellexi, præcipuum, in versione mea expressi.

IV.

DE CONDITIONE HOMINIS

POST MORTEM.

II.

IV.

DE CONDITIONE HOMINIS POST MORTEM.

II.

YASHTI FRAGMENTUM (XXII).

1. Interrogavit Ṣaraϑustras Ahuram-Maṣdam : 1
Ahura-maṣda, spiritus sanctissime, creator mundo-
rum corporea-animantia-possidentium, pure! Quod
[quando, quum] integer homo decedit, ubi hanc (sc.
primam post mortem) noctem manet? 2. At dixit 2
Ahura-maṣdas : In-viciniis [prope] capitis (cadave-
ris sui) considet, ustavantem (i. e. incipientem a
voce *usta* salus) cantum recitans, salutem (*ustatâtĕm*)
[sibi ab Ahura] exorans, nempe :

Salus isti, cui [cordi est] salus unicuique (sc. omnium) :

Pro-voluntate [sua] -imperans Maṣdas disponat Ahuras!

Per hanc noctem tantum lætitiæ anima [pii hominis] appetit, ut [quantum] omne illud quod [est] viventis (*ǵva*[1]) *naturæ* mundus [per hanc noctem anima pii hominis, e conscientia bene transactæ vitæ, expectat tantam lætitiam, parata est ad tam magnam

[1] Ad gen. *ǵuyô* subintelligendum *yaêϑayâo* vel aliud simile.

lætitiam recipiendam, quantam vel universus hic
mundus omnibus, terrestri vita fruentibus, animanti-
3 bus suis suppeditare posset]. — 3. Quam secundam
(noctem, quæ est secunda) ubi hanc noctem sua
4 anima moratur.— 4. At dixit Ahura-maṣdas : Prope
capiti [cadaveris sui] assidet, ustavantem cantum re-
citans, salutem [sibi ab Ahura] exposcens, [nempe] :

Salus isti, cui [cordi est] salus omnium :
Pro-voluntate [sua] -imperans disponat Ahuras!

Per hanc-quidem noctem tantum lætitiæ anima
[pii hominis] appetit, quantum vel omne illud quod
5 [est] viventium mundus. — 5. Quam tertiam, ubi
6 hanc noctem sua anima permanet? — 6. At dixit
Ahura-maṣdas : Prope capiti [cadaveris sui] residet
ustavantem cantum recitans, salutem [sibi] exorans,
[nempe] :

Salus isti, cui [cordi est] salus omnium :
Pro-voluntate- [sua] -imperans disponat Ahuras!

Perque hanc-quidem noctem tantum lætitiæ
anima pii hominis appetendo-prægustat, quantum
omne illud quod [est] vita-formicans mundus.
7 7. Tertiæ noctis augmento [peracto] splendores
[diluculum] versus (sc. finita tertia nocte), pergit
quæ hominis probi anima [anima probi hominis re-
linquit caput sui cadaveris], in-plantisque ad [sua-
vissimos] odores morans [partic. med. a r. *dar*[1]]
pergit [tertia nocte peracta, anima pii hominis a ca-
pite cadaveris sui, ubi hucusque restiterat, per plan-
tas, in via sua, suavissimos odores spargentes, porro

[1] Secundum Justium et Spiegelium : sich erinnernd.

ad æternæ vitæ lucem procedit]. Ad- illam ventus ex
adverso flans -venit [fit ei obvius] meridionali a plaga,
meridionalibus a plagis[1], suaveolens, suaveolentior
[præ] aliis ventis. 8. At hunc ventum naso exci- 8
piens procedit porro quæ hominis pii anima (pii
nempe hominis anima, ψυχὴ ἡ τοῦ καθαροῦ ἀνθρώπου).
Unde terrarum ventus flat [iste], quem [qualem]
unquam ventum naribus suaveolentissimum excepe-
rim? 9. Illius (*aṇhâo*, gen. f. referens se ad subst. 9
daênayâo) *ad* hanc [animam venti flatu] appropin-
quantis [animæ demortui pii hominis cum hoc vento
se appropinquando], obviam [huic animæ] venit quæ
propria sua religio [est][2] virginis [sub] forma pul-
chræ, splendidæ, candidis-brachiis, robustæ, bene-
proceræ, pulchra-statura-præditæ, præclaro-cor-
pore, elata-figura, nobilis, lucido-ore, quindecim-
annos-natæ [puellæ] ætate, sub-forma talis [tam]
pulchræ [virginis], ut creaturæ pulcherrimæ [tali
pulchritudine præditæ, qualem pulcherrimæ so-

[1] Conf. vend. XIX, 1.

[2] *Aṇhâo vîtayâo* sunt genitivi absoluti, quibus modus vel ratio actionis principalis *śâd̆ayêiti* designatur, habentque, ut annotavi, substantivum suum *daênayâo* in propositione principali, cum quo construuntur ad intellectum, quumque *vîta* est partic. perf. pass. radicis *vî*, vox hæc verbatim significaret ITUS, sc. cui data est facultas eundi, movendi sese, pendetque ab subintelligendo instrumentali *vâtu*. Græce hi genitivi absoluti forsan verti possent : *αὐτῆς φερομένης*, sc. *ὑπὸ τοῦ ἀνέμου*. Instrumentalis *frĕrĕnta* verbatim significaret : OBVIAM ITIONE referturque directe ad *śad̆ayêiti*, quam actionem definit et amplificat. Sensus : in hoc vento obvia fit animæ pii demortui hominis sua religio, sc. obviam illi fiunt leges, ad quarum normam vitam suam conformabat et instituebat, quumque optimi cujusque hominis mores, credentibus Airyis, non possunt quin

lummodo creaturæ habere possunt, i. e. adeo exi-
mia pulchritudine, ut vel pulcherrimis animantibus
10 æquiparari possit]. 10. At illi [puellæ] dixit inter-
rogans [interrogando] quæ hominis probi anima
[anima probi hominis] : Quænamque puella es,
quam certe unquam puellarum pulcherrimam vidi
[quænam es omnium pulcherrima puellarum quas
11 unquam vidi?]? 11. At illi respondit [ϖροσέφη] quæ
sua religio [ἡ αὐτοῦ ϖίστις] : Ego vero tibi sum, o ju-
venis (yavan)[1], bene-cogitatum, bene-dictum, bene-
peractum, bene-cum-religione-peractum (*huskyaoṫana*
et *hadaêna* sunt plur.) *a te* [sub persona mea, o ju-
venis, aspicis omnia, quæ a te bene cogitata, bene
dicta, bene peracta, quæ a te ad normam Maṣdayaś-
nicæ religionis peracta sunt, dum viveres], *nempe*
quæ sua (pro : tua, ut in slav. et græca l.) religio,
propria tui corporis [vides in me religionem, quam
sequebare in vita, religionem quam plane fecisti
tuam, a qua nunquam discedebas, quæ, omni spatio
vitæ tuæ, nunquam a te, tanquam anima a corpore,
separabatur, extra quam alia vera religio non exis-

strictissime legibus Maṣdayaśnicæ religionis sint consentaneæ, aptissime ergo, ut opinor, religio hæc, quasi speculum aliquod anteactæ vitæ pii hominis, simul et prima, postquam vitales auras reliquerit, e conscientia nullius mali facinoris peracti consolatio, hic sub pulchra visibili specie introducitur. (Conf. quæ annotavi ad vend. XIX, 29.)

[1] Forma animæ demortui hominis, quum probi, tum improbi, antiquis Airyis sub specie juvenis concipiebatur (conf. 36). Eadem hac forma, nullis immutationibus obnoxia, omnes homines sub regno Yimæ, ante illius peccatum, fruebantur (y. IX, 5). — Sensus allegoricus *bene cogitati, bene dicti* cet. hic per se est clarissimus. (Vide annot. ad vend. XIX, 29.)

tit]. Quisnam-et [et quisnam] te desideravit cum-ista magnitudine, humanitate, venustate, [itidem cum ista] suaveolentiaque, victrici ingenioque, aversione-ab-oppressionibusque, ut quod [qualis est conditio, sub qua] mihi obvenis [ut nunc es hac in conditione, in qua te video[1]]?
12. Tu me desideravit [pro] desideravisti [quum potueris alia desideria admittere, aliam vitæ rationem sequi], o juvenis, [tu exoptasti sibi] bonas-cogitationes, bonos sermones, bona-facinora, bonam-religionis-observantiam, *cumque his* istam magnitudinemque[2], humanitatemque, decentiamque, [istam] suaveolentiamque, victrix-ingeniumque, aversionem-ab-oppressionibusque, ut quod tibi obvenio [ut omnia ista conspicis in hac specie, sub qua tibi obvenio, quibus omni ex parte dotatam me nunc illico aspicis].
13. Si tu [aliquem] illic degentem [sc. aliquem viventium, dum ipse viveres super terram] conspiciebas (*aêtênôis*, pot.[3]) magicas-artes-exercentem,

[1] Quæstio pro vulgari, ut inter homines: unde es terrarum? qui tibi sunt parentes? Sed inest in ea aliquid sublimius et, quum interrogante persona dignissimum, tum quum maxime eliciens ex animo probi hominis interrogati bonorum conscientiam, quæ est illi maxima merces beatitudinisque initium in hac nova vita: — et quisnam desideravit te esse tam magnum, tam humanum cet., qualem nunc mihi te offers? quis videlicet est auctor tam fausti desiderii? penes quem est causa tantæ beatitudinis? cui debes te ipsum? — Sensus responsi facile divinandus.

[2] Quum in Ṣendico textu nisi *maṣaśća* expressum est sequentiaque substantiva e superiore loco (11) ut repetantur sunt indicata, analogiam sequens lego: *maṣaśća vaṅhaśća śrayasca* cet., ad quam ista et Latine verti.

[3] Conf. Græcum ἀτενίζω.

injuriasque, corruptelasque perficientem, arborumstragesque perficientem, at[1] tu perseverasti [verbatim: sedebas[2]] sanctos-cantusque recitans [recitando, a r. *śru*], aquasque salubres venerans[3], Ignemque Ahuræ Masdæ, virumque probum benigne-excipiens [benigne excipiendo] ex viciniisque advenientem, e longinquoque [non pravis exemplis te a Masdaico cultu, neque a vero et justo, neque ab hospitalitate
14 seduci passus es]; 14. at me gratam [per se] existentem [οὖσαν] gratiorem, venustam existentem venustiorem, exoptatam existentem exoptatiorem, sublimi throno insidentem sublimiori throno insidere fecisti in-hæc [nempe] bene-cogitata, in-hæc bene-dicta, in-hæc bene-peracta [fecisti me gratiorem, venustiorem, sublimiorem, omniaque hæc sunt fructus cogitationum, verborum operumque, quæ semper proba in vita tua præstitisti, et nunc adeo me in his, nulla jam terrestri labe contaminandis, a te collocatam vel maxime gaudere tibi fas est[4]], at me ho-

[1] *Taṇm*, aut irrepsit huc in Sendico textu aliunde, aut corruptum est ex una vel duabus vocibus, quæ sensum Latini *nihilominus* habuisse potuerunt, aut, quod probabilius, nil aliud nisi mendosa est repetitio sequentis Sendicæ vocis *tum* (tu).

[2] *καθίζοις ἂν* cum partic. Confer Homericum *ἧσαι ὀνειδίζων*.

[3] Quum et hic et alibi (v. XIX, 2) salubres aquæ una cum cantibus sacris nuncupantur, recitatio horum cantuum cum adoratione aquarum salubrium juncta apud Airyos fuisse videtur neque absque ratione utrobique juxtapositos esse.

[4] Voces *humata*, *hûkta*, *hvarsta*, et locum, ubi religioni Masdayaśnicæ consentaneæ *cogitationes*, *verba* et *facta* demortui pii hominis asservantur, et ipsas res, quas voces hæ denotant, auctor hic intelligendum voluit; de paradisis hic non est cogitandum. (Conf. annot. ad v. XIX, 29.) Comparativi *frîtôtaraṇm*, *śrîrôtaraṇm* cet. de-

mines post hæc celebrant, Ahuram-masdam longe-celebratumque precationibus-expetitumque[1] [quum sacræ leges exsequuntur, præter beatum statum, quo illas exsequentes fruuntur post mortem, in terris viget reverentia erga religionem, precationesque ad summum numen non obmutescunt].

[Anima demortui pii hominis intrat in supra designatos locos, ubi BENE COGITATA, BENE DICTA, BENEque PERACTA hominum asservantur, istoque prævio ingressu, ut æterna digna salute probatur; si enim esset indigna, neque ipsi tales loci, qui sunt quasi thesauri terrestrium illius promeritorum, existerent.]

15. Primum pedes sustulit [fecit unum passum] 15
quæ hominis probi anima, [et] in-loco-bene-cogitatorum deposuit [pedes suos; uno passu facto devenit in locum suarum bonarum cogitationum]; secundum pedes sustulit quæ hominis probi anima, bene-dictorum-in-loco deposuit [secundo facto passu, venit in locum bene dictorum]; tertium pedes sustulit quæ hominis probi anima, bene [a se]-factorum-in-loco deposuit [tertio passu facto venit in locum bene a se factorum]; quartum pedes sustulit quæ hominis probi anima, infinitis [in] splendoribus deposuit [perlus-

signant sacras leges per se pulchras, bonas et utiles esse, sed indoles harum, vel absque ulla comparatione præstabillimarum legum, latet, veluti abstrusa, in idea, quæ, quamvis æterna omnibusque numeris absoluta sit, vita tamen, cui ipsæ leges sint destinatæ, caret; si vero leges exsequuntur, tum vivunt, universorumque hominum ob oculos se quasi movendo, non possunt quin adhuc pulchriores evadant. Auget gaudium et hoc, quod non incassum a summo numine hominibus, ut ex mox subsequentibus fit palam, fuerint prolatæ.

[1] Conf. Homericum : *τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς*, Il. IV, 49.

tratis suis promeritis spatio temporis trium passuum faciendorum, venit in mundum, ubi lucent splendores æterni, nempe in mundum ubi animæ piæ in æterna felicitate degunt[1]].

16 16. Ad- illum -fatur [illum affatur in hoc æternorum splendorum mundo, dicit illi, nempe animæ pii demortui] interrogans (partic. præs. a r. *parĕś*) prior probus demortuus (partic. præs. a r. *iriṫ* c. præp. *para*, — qui prius, i. e. ante illum, e terrestri vita decessit[2]) : Quomodo, o innocue, tu moriebaris (impf. a r. *iriṫ* cum præp. *para*), quomodo, innocue, [demum] pervenisti [huc] habitationibus ab bovibus dotatisque, avibusque a fatidicis [quomodo reliquisti has natales sedes tuas, ubi mugiunt boves, quæ divitiæ sunt hominum? quomodo porro te attollens reliquisti istum aera vitalem, quem secant fatidicæ aves? numquid cor tuum aliquantum doloris, ob separationem cum illa terra, ubi es natus, ubi vivere assuevisti, persentiit[3]?] corporibus-formicante

[1] Notetur, quod nonnisi hæc pia anima, cujus bona opera plane cum verbis et intimis cogitationibus suis consentiant, ad æternam felicitatem, secundum hanc religionem, admittitur; neque vel optima dicta quicquid ad salutem habent momenti, nisi ex intima conscientia boni et justi promanant reque et operibus comprobantur, ut vel optima animi consilia, absque effectu, verbis et operibus probato, ad adipiscendam æternam felicitatem nil valent.

[2] *Parairiṫyô;* de impio infra usurpatur vox *avamĕrĕtô* (34). Mox de probo mortuo itidem *parairiṫyo* (imperf.), de improbo autem, loco citato — *aramairyaṅha.* (Conf. annot. y. IX, 8.)

[3] Plane ingenuæ sunt ejusmodi interrogationes hominis demortui, qui jam æterna felicitate gaudet, natale solum tamen, ut liquet, omnino oblivisci non potuit : interrogationes hæ quasi documentum

ex mundo [ex mundo, ubi degunt animantia corporibus inclusa] incorporeum in mundum [in mundum, ubi animi per se ipsos vivunt], fragili e mundo nunquam-periturum in mundum? Quam tibi longum salus fuit[1] [quam tibi longum iter ad salutem apparuit]? 17. At dixit (*mrû*) Ahura-maṣdas : Ne il- 17
lum percontare (imp. conj. a r. *parĕś*) quem percontaris [omitte has quæstiones], quem formidolosum, immane, horridum iter (*pâṫan*) transgressum [mitte percunctari hunc, qui tam formidolosum iter emensus est], quod corporis animæque separationem (qualis est separatio animæ cum corpore. Ne tristes recordationes, dixit Ahura-maṣdas, tormen-

aliquod, quanquam sponte et obiter hic ab auctore prolatum, sistunt, quod et mortuum *mortalia tangunt*. Omnis tamen hæc percunctatio sic est concinnata, ut non tam desiderium quicquid ad terram spectans cognoscendi, quam simplicem curam et sollicitudinem de his, quæ novus beatitudinis socius nuper expertus est, exhibere videatur. — *Vayaêibyô* per *aves* interpretando, justissimam conjecturam doctissimi Justii sequor, neque a feminino genere attributi aliquem mihi scrupulum injici patior, quum Sanscritum *vi* itidem avem significans generis est communis. Epitheton *mâyavaiti* interpretatus sum verbo *fatidica*, suspicans latere in isto, ut forsitan et alias, vocabulo vestigium aliquod ante-ṣara'tustriani cultus, ut fere omnes primævi homines divinationes sibi garritu, volatu cet. avium portendi credebant. Ceterum, minime falsus eris, si hoc vocabulo et simpliciter aves, ut *sapientes*, *prudentes* cet., designari velis, quæ notio ex industria illarum in nidis construendis, in locis diversis anni temporibus accommodatis, diversis in zonis, ad habitandum deligendis cet., fluxit. — *Haća gaom.-mayav.* reposita sunt a Westerg. ad justissimam analogiam 34, huṣaoṫrica versione corroboratam.

[1] *Aṇhaḍ* imperf. est conj. in locis ab Justio citatis. Hic potius indicativum agnoscere tentor. Conf. infra (34) formam *abavaḍ* et annot. ad y. IX, 8, in hoc yashto ad 16.

torum agonizantium, quæ vel a justissimis hominibus subeunda in consiliis æternæ summi numinis
18 sapientiæ fuit, socio tuo move], 18. epulis illi appositis virescentis olivi [1]. Hic est juvenis cum-bonis cogitationibus, bono-sermone, bonis-operibus, bene-ad-normam-religionis-legum-(propria-industria sua)-conformati, cibus post mortem, hic [et] feminæ, abundanti-bene-cogitatis [2], abundanti-bene-dictis, abundanti-bene-peractis [cui vitæ spatio perpetua consuetudo bene cogitandi, dicendi faciendique fuit], eximie-ad-sacræ-disciplinæ-leges-conformatæ [quæ conformavit sese ad leges sacræ disciplinæ], heri [mariti] auctoritatem agnoscenti, probæ, cibus post mortem [itidem præsto est].

19 19. Interrogavit Ṣarafustras Ahuram-masdam: Ahura-maṣda, spiritus sanctissime, creator mundorum corporibus-viventibus-formicantium, pure! Quod [quum] maleficus homo moritur [3], ubi hanc

[1] '*Qarĕt́ananm bĕrĕtananm* sunt genitivi absoluti referenturque ad proximum præcedens enunciatum, cum quo in universum sequentem sensum efficiunt: ne distineas illum quæstionibus, quum suavissimi, cælesti olivo concinnati, cibi juveni sunt appositi, quibus frui, post mortale iter, incipiat. Conf. 36.

[2] In *frâyô* Sanscritum *prâya*, *prâyaśas*, cum significatione *passim*, *sæpe*, *consuete*, video, Ṣendicumque *frâyôhumata*, *frâyôhûkta*, *frâyôhvarsta*, personam, quæ *e consuetudine*, i. e. semper, bonas cogitationes alit, bona verba profert, bona opera exercet, denotare puto.

[3] Notatu dignum, quod, ut caput alio, in hoc yashto, vocabulo peccatoris, alio justi mortui hominis (1), ita et ipsa actio moriendi alio utriusque vocabulo designatur (conf. 1, 16 et 19, 33), similiter ut in dialecto Rossica de hominibus abjectis et animalibus, non у-мер-сть, quod proprie *mori* significat, sed aliud verbum, nempe о-кол-ѣть, proprie: *palum* (quod vocabulum Rossice колъ sonat) fieri, usurpatur.

[sc. primam post mortem] noctem sua anima manet?
20. At dixit Ahura-maṣdas: Illic nempe, innocue Ṣa- 20
rafustra, in-vicinitate capitis[1] [corporis sui] hinc-inde-
cursat [errat], kimam [incipientem a voce *kaṇm* preca-
tiunculam], e-sacris-cantibus-excerptam voce recitans:

Quam (*kaṇm*) adorem (*nam*) terram? quo cum-
precibus (*nĕmaṇh*) [meis] refugiam (imper. a r. *i*)[2].

Per hanc noctem tantum tristitiæ apprehendit ut
universum istud quod vivens mundus [est. Anima
flagitiosi hominis una, tantum tristitiæ, prima post
mortem nocte, apprehendit, quantum simul omnia
vita prædita animantia spatio hujus noctis ubicunque
persentiunt]. 21. Quam secundam [noctem quæ est 21
secunda], ubi hanc noctem sua anima moratur?
22. At dixit Ahura-maṣdas: Ad caput [cadaveris sui] 22
oberrat, kimam [precatiunculam] e-sacris-cantibus-
excerptam voce recitando:

Quam (*kaṇm*) adorem terram? quo cum precibus
meis perfugiam?

Per hanc noctem tantum tristitiæ apprehendit,
ut universum istud, quod vivens mundus [est, se-
mel persentire potest]. 23. Quam tertiam, ubi hanc 23
noctem sua anima permanet? 24. At dixit Ahura- 24

[1] Vocabulum hic usurpatum simplex et usitata est *capitis* designatio; justi hominis caput supra (1) vocabulo exquisitiore, nempe *vaġďâna*, quod *vocis et intellectus sedem* proprie significat, designatur, quam distinctionem, ut alias passim, humanarum qualitatum et actionum pro fortuita nulla est ratio accipiendi.

[2] Versum hunc, non ut in yashto nostro, sed ut y. XLVI, 1, legitur hic vindicandum putavi. *Nĕmô* in secunda versus parte est accusativus græcus.

maṣdas : Prope caput [cadaveris sui] vagatur, kimam [precatiunculam] [itidem], ad-sacros-cantus-pertinentem, recitans [nempe] :

Quam (*kaṇm*) adorem terram? quo cum precibus meis abeam?

Perque hanc quidem noctem tantum tristitiæ apprehendendo-prægustat, ut universum istud, quod
25 est vita-formicantis [naturæ] mundus. 25. Tertiæ
noctis [peracto] augmento, innocue Ṣarat́ustra [versus] diluculum (*vyuśa*), [finita tertia nocte, postquam tertiæ noctis peractum curriculum ad diluculum vergit], [porro] procedit quæ hominis malefici anima [relinquit caput sui cadaveris], in-formido-
26 losisque-locis ad fœtores morans[1] pergit. 26. Ad-
illam ventus ex adverso flans -venit [illam advenit, i. e. fit ei obvius], septentrionali a plaga, septentrionalibus a plagis[2], maleolens, malcolentior [fœtidior] præ aliis ventis. At hunc ventum naso excipiens, procedit quæ hominis impii anima (ἡ τοῦ κακοῦ ἀνθρώπου ψυχή). Unde terrarum ventus flat [iste], quem [qualem] unquam ventum naribus fœdissimum
27 exceperim? 27. ..... [3].
32 32. Primum pedes sustulit [fecit unum passum]
quæ hominis improbi anima et in loco male-cogitatorum deposuit [pedes, sc. uno passu facto devenit in locum suarum malarum cogitationum]; secundum pedes sustulit quæ hominis improbi anima, male-

[1] Spiegelius : an Gestank sich erinnernd. (Conf. 7.)

[2] Vide annot. ad v. 19.

[3] De hac omissione vide supra ad vend. XIX, 29.

dictorum in loco deposuit [secundo facto passu, venit
in locum, ubi male ab illo dicta asservantur]; tertium
pedes sustulit quæ hominis improbi anima, male [a
se] -factorum in loco deposuit [tertio passu venit in
locum male a se factorum][1]; 33. quartum pedes 33
sustulit quæ homnis improbi anima, infinitis in tene-
bris deposuit. 34. Ad- illum -fatur [illum affatur, 34
dicit illi] interrogans prior improbus mortuus[2] [qui
prius, i. e. ante illum, e vita decessit]: Quomodo, o
improbe, tu moriebaris[3], quomodo, o diabole[4], per-
venisti [huc] habitationibus ab bovibus dotatisque avi-
busque a fatidicis [quomodo reliquisti natales sedes,
ubi mugiunt boves, improbis sc. artibus a te con-
quisitæ? quomodo te separavisti ab aere vitali, ubi
resonat cantus avium, a quo ne minimum quidem
desiderium tibi fuit te separandi?], corporibus-for-
micanti ex mundo incorporeum [hunc] in mundum,
fragili e mundo nunquam-periturum in mundum?
quam tibi longum ærumna fuit[5] [quam tibi longum
iter ad æternas ærumnas apparuit?]? Locutus est Aṇ-
rô-mainyus[6]: Ne illum percontare quem percontaris

[1] 32-m S-m in textu reposui analogia opponendarum præcedentibus (15) vocum, juxta 33 S evidentissima, hanc lacunæ partem supplente.

[2] *Avamĕrĕtô*. Vide annot. ad 16.

[3] Conf. annott. ad 19 et alias.

[4] *Drugô* sensu voc. ad similitudinem probabiliter præcedentis *drvô*.

[5] *Âvôya* hic opponitur voci *usta* supra de sancto homine usurpatæ (16). Ipsum adeo verbum substantivum *fuit* aliud hic de homine perverso mortuo (*abavaḍ*), aliud ibi de sancto homine usurpatur (*aṇhaḍ*). *Abavaḍ* forma radicis *bû*, a Justio prætermissa, videtur esse imperfectum indicativi.

[6] *Adavata* est imperf. med. a r. *du*, quæ significat *cogitare* et *di-*

[mitte has percunctationes], quem formidolosum, immane, terribile iter transgressum [qui formidolosum iter emensus est], quod corporis animæque separationem [quale est separatio animæ cum corpore],
36 36. epulis illi [jam] appositis e-veneno, venenifœtoreque. Hic est juvenis cum malis-cogitationibus, malo-sermone, improbis-facinoribus, male-ad-normam-religionis-legum-conformati cibus post mortem [1]; hic etiam dissolutis-moribus-feminæ, abundanti-male-cogitatis, noxiis-verbis [quæ vitæ suæ tempore non a noxiis malisque verbis temperabat], malis-facinoribus, male-ad-sacræ-disciplinæ-leges-conformatæ [quæ minime curavit se ad religionis leges conformandam], non-heri [mariti]-auctoritatem-agnoscenti, improbæ, victus post mortem [præsto est].

cere. De Ahura-maṣda eadem notio exprimitur forma radicis alius, nempe *mrû* (2,20), quam necessitatem adeo communium Boni et Mali Spiritus actionum alio vocabulo reddendarum ex intima inter bonum et malum discriminis conscientia explicandum necesse est; eodemque referuntur et humanæ in hoc yashto, quamvis eædem, aliis tamen distinctæ vocabulis actiones. (Vide annott. ad y. IX, 8, ad 19 hujus yashti et alias; conf. itid. vend. XIX, 8 et 9.) Notetur, quod omissa ante vocem *adavata* particula *âaḍ*, quæ supra, quum de Ahura-maṣda agitur, locum suum obtinet, sententia evadit abruptior magisque, ni fallor, spiritus mali loquelæ congruens.

[1] *Paśća avamĕrĕtîm;* de justo mortuo 18 usurpatum est *paśća pairiśtîm.* (Conf. annot. ad 19.) Moxque sequuntur analogici dativi, sed pro simplici vocabulo, supra (18) de femina proba usurpato, *nâirikayâi feminæ,* hic positum est *ǵahikayâi meretrici,* ut ne feminæ nomine dignam, puto, improbam in universum feminam hoc vocabulo auctor yashti denotare voluit.

V.

DE IMMORTALIBUS SANCTIS,

RESURRECTIONE MORTUORUM

ET SALVATORE.

V.

DE IMMORTALIBUS SANCTIS,

RESURRECTIONE MORTUORUM

ET SALVATORE.

ZAMYAD-YASHT (XIX).

14. Præpotentem[1] regiam majestatem a-Masda- 14
conditam adoramus... quæ est Immortalium Sanctorum (*amĕšananm špĕntananm*), potentium, sollertibus-oculis, sublimium, salutiferorum, fortium, Ahuricorum, qui exitii-expertes, noxæ-expertes
sunt, 15. qui septem pari-mente-præditi, qui 15
septem paria-verba-proferentes, qui septem paribus-operibus-intenti sunt, quorum omnium est una mens, unus sermo, una agendi-ratio; unus paterque moderatorque qui procreans Ahura-masdas [ille, qui est creator universi, Ahura-masdas],
17. quorum alius alius [alter alterius, *einer des* 17
anderen] animam perspicit meditatione-immersam in-bonis-cogitationibus [secum de vere bonis cogi-

[1] In Sendico *ugra*, quod Sanscrite *ug'ra* sonat, antiquiorem, in Sanscr. lingua conservatum, vocabuli sensum, nempe notionem *terroris*, quem unaquæque summa fortitudo præ se fert, latere puto; *ugra* significaret ergo *terrore afficiens* idemque *præpotens*, *fortis*, effectu, ut sæpe, pro causa recipiendo.

tationibus reputantem], meditantem de-bonis-dictis, meditantem de-bonis-actionibus, memoriam-habentem Summi-domicilii [Ahuræ], — quorum splendidæ viæ [sunt] advolantium (*vî*) ad sacrificia,

18 18. qui sunt harum creaturarum quod Ahuræmasdæ [nempe ab Ahura procreatorum animantium] conditoresque, destructores-que[1], formatoresque custodesque, defensoresque, patronique.

88 88. Præpotentem regiam majestatem a-Masda-conditam adoramus, quæ sequetur (*upaṅhaċad* impf.) Salvatorem victoriosissimum et alios-quidem amicos[2] [ejus], quando faciet (*kĕrĕnavâd*, conj.) procedentem [perpetuo florentem, felicem] mundum, non-senescentem, non-morientem, non-dissolutioni-obnoxium, non fœtidum, perpetuo-viventem, perpetuo-vegetum, ad voluntatem-dominantem [pro voluntate, i. e. tanta potentia fruentem, quantam quisque sibi voluisset, nullumque illi exercendæ impedimentum offendentem], quando mortui exsurgent (*paitinśĕhistaṉn*, conj. *paiti*-ad hoc, sc. tempore, quo Salvator mundi venerit) venietque (*ǵaśâd*-impf. conj.) viventis-mundi immortalitas [et] perficiet (*dafaiti*, præs.) perpetuam-prosperitatem pro-voluntate [sua, i. e., affatim, absque ullis impeditis, difficultate] mundi[3] Erunt (*bun*, aor. a r. *bû*).

[1] Ad auctoritatem Ju

[2] Vide annot. ad 95.

[3] *Anhus* puto nom. esse pro gen. Conjiciente Justio est *ahûm*, vertendumque, si correctionem hic accipias; *faciet* *pro* 1

[tum] animantia non-morientia [animantia non morientur porro, i. e. homines fient tunc immortales, ut jam fuerunt olim regnante in terris Yima. Vide y. IX, 4, 5], quæ integritatem propagantia (śaṇhvanḍ) [erant, i. e. quæ docebant, instituebant integritatem]; ex-[tum] hoc ad [ad hoc i. e. quum Salvator venerit], Drukš [diabolus] -vanescet (evanescet, *nâśâitî*, conj. f.) postquam ad- quidem -venerit [advenerit] integrum, interficiendo eum [ad interficiendum eum, ut eum, sc. integrum, interficiat]....
92..., quando Inter-corporea-eminens (*Aśtvaḍ-ĕrĕtô*) progredictur (*frakśtâitê*, præs. conj.) ab aqua Kaṇśaya, nuncius Maṣdæ-Ahuræ, Omnia-debellantis (*Vîśpataurvayâo*, nomine virginis) filius, (faustum) nuncium (*vaêd́ya*, вѣсть, Kunde) nuncians quem victoriosum [afferens faustum nuncium, nempe de victoria, quæ ultimum jam exitium malo intulerit]. 92
94. Iste vir perspiciet (*did́âd*, conj. impf.) intelligentiæ oculis omnes creaturas, in-tuebitur[que] Paêsisam [dissolutionis, putredinis femineum dæmonem] malæ-originis : ille omnem mundum corporeum prosperitatis aspiciet oculis, aspiciendoque (*darĕś* adj.) faciet immortalem omnem quem corporeum mundum (*πάντα τὸν σωματικὸν κόσμον*). 95. Hujus socii[1] procedunt Inter-corporea-eminentis, — victoriosi, bonis-cogitationibus-insigniti, bonis-sermonibus-insigniti, bona-opera-professi, bene-reli- 94 95

[1] Sub amicis Salvatoris intelligendi sunt antiqui Ṣaraťustricæ disciplinæ asseclæ et vindices, ad quod credendum his, quæ a clarissimo Spiegelio in Comm. p. 422 de Saośyante traduntur, adducor.

gionis - præcepta - exsequentes, neque - ulla - ex - parte [ne minimum] Mitræ-violatores [i. e. humanæ consociationi in æternum stabiliendæ addicti]. Illorum propria [est] lingua [sc. lingua eorum neminem, i. e. neque se, neque alios, fallit, instrumentumque est vocis, quæ nisi puræ et rectæ conscientiæ inservit]; illos ante [ante illos] consternatus-procumbit (*frânâmâitê*, conj.) Aêśmas (dæmonium iræ), fœdalancea-instructus, malo [falso]-splendore-radians. Occidet (*vanâḍ*, conj. impf. — tunc iste Salvator) maxime-malignam druǵam (feminam e dæmonum genere), quam malæ-originis, e-tenebris-prognatam.

96. Occidit Malum-quidem Spiritum (*Akĕm manô*). — Bona Mens (*Vahu manô*) illum occidit; Falsoprolatus sermo — Vere-prolatus sermo illum (sc. falsum sermonem) occidit. Occidit Summa-rerumplenitudo (*Haurvaḍ*, una ex Immortalibus Sanctis) Immortalitasque (*Amĕrĕtâḍ*, itidem una ex Immortalibus Sanctis) ambo[1] Famemque, Sitimque: occidet Plenitudo Immortalitasque maleficam Famemque Sitimque. Procumbit [cadit] mala opera-exsequens Aṇrômainyus impotens.

[1] *Va* acc. masc. refertur ad duo sequentia substantiva nomina gen. masc. *śuḋĕmća tarśnĕmća*.

VI.

PRECATIO MAṢDAYAŚNICI SACERDOTIS

PRO ṢARAT̆USTRA, VÌSTÂŚPA

NEC NON PRO SE IPSO ET PRO OMNIBUS PROBIS.

VI.

PRECATIO MAṢDAYAŚNICI SACERDOTIS

PRO ṢARAṪUSTRA, VÎSTÂŚPA

NEC NON PRO SE IPSO ET PRO OMNIBUS PROBIS[1].

YASNA, XXVIII, 1—11, Sp. (2—12 W.).

1.

Istius [istud] appeto precibus extensis-manibus gaudii [gaudium], spiritus Maṣdæ [scilicet], primum omnium, sancti Pura omnino opera [ut cognita et quasi exemplar mihi propositum, simulque propitia habeam opera Maṣdæ], Bonæ [deinde] sapientiam Mentis, quo [quibus] placem Bovis [primævi] animam [sc. me penitus ad normam summi numinis actionum conformando, ad integritatem[2], quæ est ab illis inseparabilis, ad sapientiam, quæ a benignitate mentis ne minimum recedit, me eodem tempore etiam ethico altricis naturæ archetypo, *geus urunê*, conformem, cujus de hominum, qui a veritatis luce

[1] In cantu hoc omnia fundamenta Ṣaraṫustricæ de summo numine et de ipsius hominis divinitate, si recte sentio, inter alia, contineri videntur.

[2] In *aśa*, quamvis adjectivo, latet hic notio substantivi *Aśa*.

recesserunt, malis lamenta usque resonare non desinunt, meque sic vere hominem præstem],

2.

qui vos, Maṣda Ahura [sc. Maṣdam ejusque sanctissimum comitatum] advenio [ad vos perfugio] Bona [cum] Mente [cum animi integerrimo instituto] mihi dando [dare, ut mihi detis] duorum mundorum, corporeique quodque mentis [est, quique est extra materiem], præmia Puritate ex [ex puritate, sc. quæ comparaverim incolumibus a noxa operibus], quibus nos exsultantes collocaret [hoc, *daidîd* positum est impersonaliter] in-lumine. [Des mihi hujus et alterius vitæ commoda, quæ nisi integra et incolumi rerum agendarum animique ratione parari possint, donumque tuum nos ex his miseriis splendida, nullisque offuscata tenebris gaudere prosperitate faciat],

3.

qui vos, o Integritas, texendis-cantibusque-celebrabo[1] Mentemque Benignam imprimis[2], Maṣdamque Ahuram, quibus Potestasque exitu-expers

[1] Conf. Homericum *μύθους ὑφαίνειν*, estque aliquid simile apud Pindarum.

[2] Apud Westergaardium legitur *apaourvîm*, quod non aspernandum, quum *a* privativum etiam addendæ vi significationi vocum propriæ inservire potest. *Ye vâo uśâ ufyânî manaśćâ vohû apaourvîm maṣdanmća* verteretur itaque : qui vos, o Integritas, Mentemque Benignam, *non prius atque alium quemque* celebrabo, Maṣdamque, i. e. celebrabo vos, postpositis omnibus aliis celebrandis. (Conf. significationem Sanscr. vocabuli *an-uttama*.) Spiegelii lectio *paourvîm* est usitatior eamque in interpretatione mea sum secutus.

(*agṣ̌aonvamnĕm*, quorum potestas non est exitio obnoxia, æterna est] : prosperitatem-impertiens Ârmaitis ad- [huic] mihi, gaudio ad-invocationem -veniat [*ergo* adveniat, a me invocata, gaudio, i. e. ad præbendum mihi gaudium [1]],

qui animam meam cælo Bona trado cum Mente, benedictionumque [præmii, emolumenti, pro bonis] operibus (*skyaotananaṇm*, gen. plur.) gnarus Maṣdæ Ahuræ, donec possum polleoque *quique* docebo ad voluntatem Integri [sc. Ahuræ. Donec possum et polleo, donec vires mihi suppetant, usque mortales sacra doctrina instituam, in qua depositum est desiderium integerrimi numinis, nempe desiderium, ut homines amore erga bonum aversioneque a malo imbuantur [2]].

5.

O Integritas, quando te aspiciam, Mensque Bona, sciens [aspiciam sciens], thronumque Ahuræ maximesalutiferi [3], [et] Śraośam, Maṣdae [thronum Ahuræ Maṣdæ] : hæc sacra verba [sunt] maximum [nosque

[1] *Môi* refero ad *ǵaśâḍ; ṣaveng* est accus. determinativus græcus. Sententia *varĕdaitî ârm.* — *ǵaśatâ* est parenthetica.

[2] Sententiæ trium posteriorum stropharum, quæ à rel. *ye* inducuntur, a principalis proprie, in 1-ma stropha carminis expressæ, sententiæ prædicato *yaśâ, desidero, precor,* pendent, auctoremque hymni quasi non plane, ut desiderii fructum adipiscatur, indignum demonstrationi destinatæ apparent. Sunt ergo hæc enunciata *rationum* vel *causæ* enunciati principalis, causaliumque conjunctionum : *tanquam, quoniam,* rel. *ye* vices hic obit.

[3] *Ahurâi śĕvistâi maṣdâi* sunt dativi pro gen. (Conf. yt. XXII, 18 et 36.)

ea] docemus malignos, lingua [1]. [O cælestia numina, Integritas, Mensque Bona, o fons omnium bonorum, Ahura! quando mihi hoc adveniet, ut vos demum coram, i. e. ob oculos meos versantes, præsentes, sciens et sentiens ipsum me pariter in vestra præsentia versari, aspiciam? quando illic, non ut in hoc perverso mundo, ubi pravi homines tam surdi sunt ad sacræ disciplinæ admonitiones, quæ ex ore meo iis traduntur, nil aliud nisi summum bonum summamque innocentiam mihi contemplari fas erit; cælestis hæc quippe doctrina nonnisi puritatem, nonnisi integerrimum candorem animi, nonnisi integerrimum bonum, et justum et humanum præ se fert neque ulla cum mendacitate, ulla cum injustitia uno in loco quodammodo consistere potest?]

6.

Bona ades (*gâ*) [cum] Mente, da Innocentiæ-dator (*aśâdâo*), longum-ævum, rectis, tu, verbis [tuis], o Maṣda, Ṣaraṫustræ validum gaudium (sc. da longum ævum et gaudium; acc. *darĕgâyû* et *aoǵoṇhvaḍ rafĕnô* pendent a verbo *dâidî*) nobisque [2], o Ahura,

[1] Instrum. *hiṣvâ* refertur ad *vâurôimaidê*.

[2] Sub *ahmaibyâ*, auctore Neriosenghio, Vîstâśpas est intelligendus. Si hoc admittendum, hæc et duæ sequentes carminis nostri strophæ sic viderentur concinnatæ, ut hic Vîstâśpas pro Ṣaraṫustra et pro se, altera Ṣaraṫustras pro Vistâśpa et pro se, tertia Ṣaraṫustras pro Fraśaostra et pro se, quamvis distinctis sententiis, ita tamen, ut quæ alteri idem et sibi ipsi et, vice versa, quæ sibi idem et alteri precatus esset, cumque his precationibus subsequens pro omnium salute bonorum hominum esset conjuncta. Verisimilius est totam hanc precationem, non a Ṣaraṫustra, neque a Vîstâśpa, sed a magno quodam

quo (*yâ* instr. neutr. refertur ad *rafĕnô*) injuriam-inferentis injurias retundamus. [At ne fiat, ut homines perpetuo surdi sint ad sacræ legis tuæ mandata: ades benigne nobis, o tu fons omnis innocentiæ, benignitatisque et integritatis, nec non justitiæ et rectitudinis viribus, quæ verbis tuis a Ṣarafustra hominibus eloquuntur, quæque in mortalibus vigeant, des nobis inter meliores mortales, longam beatamque vitam lætitiamque triumphantem et fortem, ut quam, immanium errorum tenebris ab hominibus tuis amotis, experire fas est, Ṣarafustræ scilicet tuo prophetæ, mihique, ut exercentes injurias tuamque violantes legem manu nostra detrudamus.]

7.

Da, o Integritas, hanc benedictionem [hoc beneficium, donum, faustum nempe et longum ævum, devictis religionis tuæ inimicis], Bonæ emolumenta Mentis [ut emolumentum mentis nostræ bonæ], da tu, Ârmaitî, Vîstâśpæ desiderium mihique [expleas Vistâśpæ mihique animi nostri desideria]; facias (aor. a r. *dâ*) tu *hæc*, o Maṣda, potentesque, *nobis*, qui vestri sacros-hymnos resonare-facimus oblationes [*śrĕvîmâ râdâo*, qui resonare facimus sacros hymnos, illos ad te mittentes, ut sacrificalia dona, pro sacrificio, qui offerimus tibi tuos sacrosanctos hymnos: *râdâo* est appositio vocis *manṭrâ*].

maṣdayaśnico, ut in titulo carminis edidi, sacerdote proferri, qui designatis strophis pro Ṣarafustra, Vîstâśpa, Fraśaostra, idemque et pro se ipso identidem, proque omnibus denique bonis precatur.

8.

Optimum te optima, quem Integritati Optimæ (*Aśâ vahistâ*, instr.) unanimum, Ahuram precor [precor te optima, o Ahura, te qui unanimus, qui semper es concors æternæ Optimæ Integritati], propensus viro Fraśaostræ mihique [precor de his omnibus animo itidem studiosus et Fraśaostræ ut mei ipsius : impertias ergo omnia hæc, o Ahura, non solum nobis, Ṣarafustræ videlicet et Vîstâśpæ, sed et Fraśaostræ strenuo amico nostro], quibus [sc. nobis] hoc [hæc] pergas impertire (*râ*) omni ævo [per omne ævum] Bonæ Mentis [donec Bona Mens, ἀγαθὴ πρόνοια, existet. Sensus : prosperitatem et victoriam de malo ne adimas nobis in æternum].

His vos non, Ahura-maṣda, Integritatemque donis molestaverimus, Mentemque quam Optimam (quæ est optima, optimamque divinam mentem. Sensus : ne gravamini, o Maṣda, Integritasque, Mensque divina Optima, nobis hæc dona impertiendo], qui vobis ministeria [sumus] decimo hymnorum [qui in sacris vestris rite peragendis ministros nos præstamus dum recinitur decimus hymnus] : vos benigni [estis vosque] voluntas potestasque salutiferorum [i. e. vos benigni estis et penes vos, quum voluntas, tum potestas est omnia salutifera exsequendi [1]].

[1] Conf. Sanscr. *śavân asti pramâṇam.*

10.

Atque quem ex-Integritateque (*aṡâaḍćâ*) scis [esse] Bonæque creaturam Mentis, rectumque, Masda Ahura [quem scis esse innocentem, bonum et rectis moribus], iis [omnibus hujusmodi mortalibus] exple propositi-adeptionibus desiderium [fac ut omnium bonorum virorum animi desiderium expletum sit, obtinendo quibus egent]; at vos (acc.) vobis [apud vos, in vestro quasi hospitio] non deficientes novi [*vaêdâ*] cibo, benignosque verba [verbis. Novi non esse vos parcos in cibo fidelibus vestris distribuendo, benignumque esse sermonem, quem hi a vobis audiunt],

11.

qui præterea Integritatem servo Mentemque Bonam in-æternum [qui semper Integritati moribusque benignis deditus sum, quæ tua sunt, o Ahura! [1]]. Tu, Masda Ahura, pro- me -doce [perdoce, institue, instrue] e-te voci cælo ab [a cælo] tuo ore (*eĕâoṇhâ*, institue me, ut perdiscendæ voci tuæ, quæ a cælo descendit, quæ cælestis est, plane aptus sim, meque sanctissimo tuo ore, ut bene tua hæc præcepta percipiam instrue[2]), quibus [quo, sc. qua bona voluntate

[1] Rel. *ye* refertur ad prædicatum *vaêdâ* in præcedente stropha, quam cum hac facillime subintelligendo sententiarum nexu Ahuricus vates conjungit, nempe ut si dixisset: scio ego precans non difficilia tibi factu esse quæ precor, ego qui præterea. — *Ye* hic est itidem causale.

[2] Vates, legibus sacris ex ore summi numinis receptis, precatur,

dei in verbis expressa] ex [ad-] -mundus primus [primum, in principio, olim] -stetit [extitit, factus est[1]].

ut ex eodem divino ore simul et perfecta earum cognitio ad illum deveniat. *Manyeus haćâ* potest etiam intelligi : *ex animo*, i. e. *libenter*, sive, quod simplicius : *ex intimo animo*, referrique ad *vaoćaṇhê* sensu : instrue me perdiscendæ tuæ voci, quæ ex animo tuo promanat, quæ est sincerrima divinæ cogitationis tuæ imago.

[1] Conf. y. XXX, 4.

VII.

DUO SPIRITUS CREATORES.

VII.

DUO SPIRITUS CREATORES.

Yasna, XXX, 1—11.

1.

At hæc dicam desiderantibus, quæ Magni-opera [sunt. Dicam opera Magni], quod-nempe sapienti [quod sapiens intelligere, intellectoque in rem suam vertere possit], laudesque Ahuræ[1], venerationemque Bonæ Mentis, approbata a Sanctitate quæ-que (acc.), quæ splendoribus conspicua, propitia [sunt].

2.

Audite auribus istis [vestris] optima, conspicite (attendite, *vaén* c. præp. *á*) pura mente ad desiderabile nobis decidendum [ut decisionem mente feratis, utrum vobis sit desiderabilius; *vîćiťahyá* est gen.] virum virum[2] [unusquisque pro se ipso] suo corpori (sc. suæ saluti : *qaqyâi tanuyê*, dat. commodi). Ante magnum negotium [dum adhuc vivi sumus neque ultimam rationem de vitæ nostræ gestis reddendam postulamur; *maṣe yâoṇhô*, gen.] huic

[1] *Ahurâi* dat. pro gen. (Conf. y. xxviii, 5.)

[2] *Narem narĕm* possunt et nominativi esse cum flexione gen. neutrius eodemque jure, quo ex. gr. *Miťrĕm*, vend. xix, 29.

nostræ instructioni [ut nos instruant, edoceant] sapientes præsto sunt.

3.

At hi [duo] spiritus primordiales, qui gemelli [sunt] proprio-motu [sponte] declaraverunt [*aśrvâtĕm*, dual. aor. a r. *śru* c. præp. *â*] in-cogitatione, sermone, operibusque melius malumque [fratres gemelli, quum nedum mundus creatus esset, propria, quid bonum, quid malum, potestate, in idea sc. cognoscebant, scientiamque hanc animantium futurorum cognitioni accessibilem fecerunt]. De-illis [sc. de duobus spiritibus; *âoś*, gen. dual. ab *aêm*] bene-sapientes recte decidunt [judicium proferunt, sapiunt; *vîskyâtâ*, participiale perf. plur. m. a r. *skâ* c. præp. *vi*], non male-sapientes.

4.

Atque quum hi con-duo-spiritus -venerunt (convenerunt; *ġaśaêtĕm*, pot. dual. a r. *ġaś*), primum creaverunt (*daṣdê*, dual. præs. m. a r. *dâ*) vitamque vitæ-transitumque, utque factus est (*aṇhaḍ*, impf. conj. a r. *ah*) demum mundus[1] [creaverunt vitam et mortem, aliaque, quibus nunc demum machina mundi continetur], Pessimus (sc. *mainyus*) [exinde] maleficorum [pro maleficis], at sancto [sanctitati conservandæ, tuendæ, pro sanctis] Optimus spiritus [stetit].

[1] Verti ad Westergaardii, quam et Justius præfert, lectionem. Apud Spiegelium *anheus*, quod ad idem pæne recurrit, siquidem vertendum esset : utque extitit denique confectio mundi.

5.

Horum (*ayâo*, gen. m.) duorum-spirituum elegit qui Malus [est] (sc. malus spiritus) pessimum-negotium[1], sanctitatem vero Spiritus sanctissimus, qui firmissimum cælum [in firmissimo cælo] habitat (proprie : induit sese cælo, quasi cælum habet pro veste; *vastê*, a r. *vaṇh*), quique propitium faciunt (*k̃s̃naos̃ĕn*, impf. a r. *k̃s̃nu*) Ahuram justis operibus, profitendo-Maṣdam [Aṇrômainyus malum, τὸ κακόν, Ahuras, quique illum profitentur, bonum, τὸ ἀγαθόν, sunt amplexi].

6.

Horum [duorum, harum duarum partium] non recte senserunt Daêvi-quidem, quum hos fefellerimus [quum hos secuti non simus. Daêvi frustra videlicet spem locaverunt in Aṇrômainyu, putantes etiam nos suarum partium futuros esse, ideoque non senserunt recte; *âdĕbaoma* est impf. a r. *dĕbu* c. præp. *â*]. Ad-interrogantes[2] (*parĕs̃*) [tum] venit [interrogantium factus est, interrogavit], postquam [normam agendi jam] elegit, Pessimus spiritus [interrogavit, quis illum sequetur, illecebras videlicet peccati ob oculos sistendo]; at [continuoque] ad Aês̃ĕmĕm [promiscue] concurrerunt, quo [cum[3]] contaminen-

[1] *Acistâvĕrĕs̃yô*, secundum Justium.
[2] *Pĕrĕs̃maneṅg*, acc. plur. ad auctoritatem Justii.
[3] Ceterum *yâ* est instr. non solum masc. sed et neutr. Phrasis posset significare : quo contaminentur, i. e. ut contaminentur.

tur [pot.] mundum mortales [Fide sublata, ad Aêšĕmĕm, i. e. ad effrenatos iræ aliosque mentis affectus satisfaciendos, unusquisque nocendo mundo intentus præceps sese contulit, ipsumque Aêšmam adeo antevertit dum eo, ut libidinum suarum instrumento, usus esset.]

Ad-illumque [sc. ad Ahuram] Potestas venit Mente cum Bona [prorsus sana et benigna cum ratione] Sanctitateque. At corpori [sc. vividæ existentiæ horum qui Ahuram, sc. veritatem, sunt amplexi] perpetua dedit Ârmaitis [natura rerum] firmitudinem [sensus : inde jam a primo motu, quem malum in mundo patefecit, immutabile verum bonumque, ut quod non solum in divinis legibus, sed in ipsa vita existit, in ipsa rerum natura firmitudinem est adepta neque a malo devinci potest]. Illis [sc. potestati, quæ sapientiæ et castitati est innixa, tribus, quæ virtutem constituunt] te apud [apud te, tuo sub præsidio, per te] sit [ita sit, ita adveniat], ut quum aggressus sis (*ayaṇhâ*, impf. conj. m. a r. *i*) creando primus [ut fuit, quum primum ad creandas res accessisti. Sensus ultimi versus : precor, ut firmitas veri integra incorruptaque maneat in hoc mundo, sc. in vita, quam transigimus, ut virtus sistet hic eundem vigorem, quo, utpote eadem ac veritas, ipsa per se fruitur ab æterno; aliis verbis : firmitudinem in certamine cum maleficis, quæ in ipsa veritatis natura est, ne nobis adimas. Sententia parenthetica].

8.

Atque quando illis pœna advenit (*ǵamaitî*, præs. conj.) maleficis, at, Maṣda, [tunc penes] te Potestas Bona [cum] Mente sunt præsto (*vôivîdâitê*, perf. dual. m. a r. *vid*[1]) : illis [sc. Potestati et Bonæ Menti] imperat (*śaṇh*) Ahuras, qui Sanctitati dedunt (*dadĕn*, impf. a r. *dâ*) in-manus Druǵam [coll. pro druǵas, maleficos dæmones. Ahuræ judicii tempore divina potestas cum justitia Sanctitati, sc. sanctis, impios puniendos tradunt. Sensus, ni fallor : malefici ipsa sanctitate, a qua defecerunt, punientur, punientur videlicet manifestissima tunc cognitione pretii sanctitatis, quam pro peccatis permutaverant.]

9.

Atque tibi nos simus [sc. simus tui] qui hujus prosperitati student [studemus[2]; proprie : qui hunc procedentem, i. e. prosperum faciunt mundum; *kĕrĕnaon*, impf. a r. *kar*] mundi, Maṣdasque et Superi [Immortales Sancti] auxilia ferentes [sint, auxilia ferant[3]] cum Sanctitate. Si [quippe] cum rectis-mentis-affectibus (acc. plur.) est [quisque,—*bavaḍ*, impf. a r. *bû* impersonaliter], ubi divina sapientia [istic] erit (*aṇhaḍ*, impf. a r. *ah*) in-domicilio (*maêťâ*, acc. plur.[4]).

[1] Dann, o Mazda, dich Khschathra und Vohumanô (eigentl. nebst V.) fördern, helfen dir, Justius.

[2] 3ª persona pro 1ª; conf. yt. XXII, 12, ubi usurpata est 3ª pro 2ª.

[3] *Baranâ*, per zeugma, pendet a præcedente verbo *qyâmâ*.

[4] In variantibus lectionibus reperitur *maêťê*, quæ forma locativi faciliorem, nescio an veriorem, quam acc. plur. constructionem præbet.

10.

Tunc equidem in Drugas clades exoritur (*bavaitî*, præs. a r. *bû*), scissio destructionis [ultima pernicies]; sed ocissime congregantur [conveniunt] ad faustum-domicilium Benigni-Spiritus, Masdæ Sanctitatisque, qui proficiunt (*ṣâ*) in-Benigna lege.

11.

Quare [ideoque] has [duas] leges discite (*śaks̊*), quas Maṣdas dedit hominibus [quorum discrimen Maṣdas dedit hominibus] alacriterque[1] singillatim, quodque [sc. quæ doctrina] longinqua maleficis plaga [*raśaṇh*, — est, quæ ferit neque a feriendis maleficis desistit, ipsam naturam mali, quod idem perniciosum est, ob oculos illorum sistendo] utiliaque [verbatim : utilitatesque] hominibus-probis[2], at etiam his [edoctis] fit (*aṇhaitî*, præs. conj. a r. *ah*) æterna-salus.

Cum *voluptate*, vel *desiderio*, si in radice vocabuli *qîti* inest notio τοῦ *ab'ilaś*, ut tradit Neriosenghius (conf. Slav. хот-ѣтъ et Græcum χατ-έω, χατ-ίζω, desiderare, Lat. vol-uptas et vol-o, vel-le. Conf. Yt. x, 68).

[2] Voces *śavaća aśuvabyô* possunt intelligi etiam, non ut separatum enunciatum, sed ut remotius objectum (in acc.) verbi *śaśaćâ*, notio nem proximi ejus objecti *urvâtâ* amplificans; simul et enunciatum *aipî tâis aṇhaitî ustâ*, si non ratione syntactica, ad intellectum tamen, pro idem objectum (*urvâtâ*) amplificante accipi potest.

VIII.

LAUDES MITRÆ,

GENII CONSOCIATIONIS HUMANÆ

SERVANDORUMQUE FŒDERUM.

VIII.

LAUDES MIT̄RÆ,

GENII CONSOCIATIONIS HUMANÆ

SERVANDORUMQUE FŒDERUM.

Mihir yasht (X).

1. Dixit Ahura-maṣdas sanctissimo Ṣarat̄ustræ : 1
At quando Mit̄ram quem lata-pascua-possidentem [qui possidet lata pascua] creavi ego, sanctissime, at illum feci tunc tantum [tam magnum] adoratione [illi debita], tantum [tam magnum] veneratione [adeo dignum veneratione), ut me-quidem quem [sc. si creari possim] Ahura-maṣdam [i. e. feci illum parem mihi ipsi]. 2. Morti-addicat unamquamque 2
regionem mortifer Mit̄ræ-violator, sanctissime : sicut centum flagitiis-obruti, tantum [unus] innocuus [ille Mit̄ras] ferit [quot damna centum flagitiosi homines alicubi inferre possunt, tot infert Mit̄ras, juris humani divinique vindex]. Mit̄ram ne læderis [pot. [1]], sanctissime : ne quem [neque illum, sc. Mi-

[1] *Mâ ǵanyâo*, proprie : *ne ferieris, ne ferias*. Vocabulum hoc manifestissime demonstrat notionem *lædendi* etiam in appellatione hominum malæ fidei *Mit̄rôdruǵ* et feminei dæmonis *druǵ* inesse, istamque primariam notionem Sendicam radicem *druǵ*, analogice Sanscrito *druh*, saltem quod ad Mit̄ram, tenuisse, quum jam in Vedis,

fram] ex-improbo percontere (conj.), ne quem [neque Mifram percontere] ex-genuinam-fidem-professo, integritate-non-casso [noli interrogare, disceptare, utrum Mifras partium non profitentium Ahuram hominum, ideoque improborum sit, an veræ religioni addictorum] : amborum enim est Mifras, maloque proboque [homini, i. e. utrobique Mifras est verendus; jus sc. fœderum, sive cum veræ religionis hominibus, sive cum aliis sit ictum, nunquam est violandum [1]]. 3. Celerium equorum possessionem largitur Mifras qui lata pascua-possidens [possidet his] qui Mifram non offendunt [2]; rectissimam viam largitur [illustrat sc. viam] Ignis [sacer] Maşdæ Ahuræ iis, qui Mifram non lædunt; hominum integrorum bonæ, fortes, sanctæ deæ geniales donant cælestem progeniem [iis], qui Mifram non lædunt.

ubi *druh* nunquam *mentiendi* significationem habet, radix hæc, ut enotavit Windischmannus, de Mitra usurpatur, Vedorumque *Mitras* et Şendicus *Mifras*, unus idemque, quod ad originem, sit, aliisque apud Airyos assumptis partibus, pristinarum nisi hoc et cælestium luminum societatem conservaverit (vide ad 92 et 143.). Significatio *fraudandi, mentiendi*, in posterioris aevi Airyanica dialecto, ex ipso rei sensu fluxit, qui enim Mifram, servandorum fœderum genium, *lædit* est *fraudator* ipsaque fraus apud vetustissimos homines, qui in sermone suo vividioribus imaginibus gaudebant, nil nisi *dei Mifræ læsio* erat. Conf. apud Homerum Precationes (*λιτάς*), quæ facile *læduntur*, descriptas, ipsumque verbum *βλάπτειν lædere, nocere*, etiam significationem *decipiendi, fallendi* aliquoties assumere (ex gr. Il. XXII. 15). Conf. Lat. *violare jus, amicitiam* cet.

[1] *Drvataêća aśaonêća* sunt dativi proprietatis vel commodi (pro gen.) Conf. y. XIX, 28.

[2] Vide annot. ad 2.

4. Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo 4
vocali adoratione, Mifram lata pascua-possidentem,
sacrificiis Mifram lata-pascua-possidentem adora-
bimus, lætas-sedes-et-domicilia-facientem, bonas-
habitationes-facientem Airyis regionibus. 5. Adque- 5
nos -veniat [adveniat nos ille] ad-opem ferendam,
adveniatque nos gaudio-impertiendo [ad impertien-
dum nobis gaudium], adveniatque nos lætitiæ [ut
lætos et alacres nos faciat], adveniatque nos miseri-
cordiæ, adveniatque nos sanationi [nostræ], adve-
niatque nos victoriæ, adveniatque nos adornationi
[ut nos adornet, instructos præstet artibus, quibus gra-
tiam divinam mereamur], adveniatque nos sanctifi-
cationi, — fortis[1], rapidus, adorandus, venerabilis,
offensionem-non-patiens omne in [omne in ævum],
huic-mundo (*aṇhu*) corporeis-animantibus-repleto
[adveniat ille universum mundum, corporeis ani-
mantibus abundantem, quæ cælesti ope sua indi-
gent], Mifras qui lata pascua possidens [possidet].
6. Hunc præpotentem yaṣatam, fortem, inter-crea- 6
turas [summi numinis] maxime-salutiferum, Mifram
adorabo (conj.) sacrificiis, hunc aggrediar officioque
precibusque, hunc venerabor vocali adoratione,
Mifram lata-pascua-possidentem, sacrificiis Mifram
lata-pascua-possidentem adorabimus, lætas-sedes-et-
domicila facientem, bonas-habitationes-facientem
Airyis regionibus.

7. Mifram lata-pascua-possidentem adorabimus, 7

[1] Conf. annot. ad yt. XIX, 14.

veridicum, consociatorem [conciliatorem], mille auribus-prædituum, bene-figuratum [formosum], decem mille-oculos-habentem, procerum, late-patentibus-speculis-abundantem, fortem, exsomnem, vigilem,
8 8. quem adorant regionum principes diluculo (*arĕ-ṣaṇh*) proficiscentes contra acies-inimicorum atroces, contra progredientes (r. *i*) turmatim (r. *raśman*, dat. pro instr.) intra regionum certamen (i. e. pro pos-
9 sessione regionum). 9. Utri vero eum primi adorant fidei-incremento in [in incremento fidei residenti] animo (*manô*, acc. determinativus) ex-devotione [devote, — a *ṣaraṣdâiti*] intimo-animo-ex [ex intimo animo, sc. ex intima animi devotione [1]], illuc accurrit (*urviś*) saluti Mif̆ras qui lata-pascua-possidens [possidet] cum turbine Victoriose-ferientis, cum (terribili) Sapientiæ-simulacro.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo vocali adoratione, Mif̆ram lata pasca possidentem, sacrificiis cet. (ut supra 4-6).

10 10. Mif̆ram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, consociatorem, mille auribus præditum, formosum, decem mille oculos habentem, procerum, late patentibus speculis abundantem, fortem, exsomnem, vigilem, quem venerantur milites dorsa super equorum, sanitatem precantes in-

[1] Windischmannus : Hin zum Bekenntniss eifrigen Gemüth aus herzlich glaubigem Geiste; — Spiegelius : zum Wachsthum für die Seele aus gläubigem Geiste; — Justius sub voce *ṣaraṣdâiti* : zum gläubigem Gemüth aus Ergebenheit von innen heraus (aus der Seele); sub *fraorĕḍfrakśan* : Gemüth, welches (sich befindet) im Wachsthum des Glaubens. (Conf. 51 et annot. ad 24.)

frenatis (sc. equis), robur-ac-valetudinem [suis] corporibus, amplam oppressionem odio-incensorum, cladem malevolentium, ultimum exitium adversariorum, inimicorum, odio [nos]-prosequentium.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo vocali adoratione, Mifram (cet. ut supra).

12. Mifram lata pascua possidentem adorabimus, 12
veridicum, conciliatorem (cet. ut 7-8), 13. qui pri- 13
mus cælestis yaşatas trans Haram escendit (ibique
moratur aliquantum, a r. *âh*) ante immortalem So-
lem quod velocibus-equis-præditum [qui Sol equis
velocibus est præditus], qui [Mifras] primus (i. e pri-
mum) auream-staturam-habens pulchra fastigia oc-
cupat (*dâ* c. præp. *â*), tum universam amplectitur[1]
(*dâ* c. præp. *â*) Airyorum sedem maxime-salutifer,
14. in qua [ubi] duces strenui, præstabiles, turbas- 14
hominum moderantur[2], ubi montes excelsi, fertiles-
pabuli, aquosi, scaturigines pecori increscere faciunt
(impf. a r. *frâd*), ubi profundi lacus, copiosi-aquæ
consistunt, ubi aquæ-profluentes [flumina] latæ fluc-

[1] Ut hic, sicut et 95, constantem scripturæ varietatem (*âdad'âiti*) receptæ (*âd'idâiti*) præferam, monet quum *ἀνάλογον* verbum præcedentis sententiæ (*gĕrĕwnâiti*), quod *inceptam* a Mifra actionem exhibet, ulteriorque ejusdem progressus aptissime verbo radicis *dâ* exprimitur, tum quod 95 itidem prædicatum *âdad'âiti* amplissime ulteriorem progressum antecedentis, copiosioribus verbis descriptæ, actionis Mifræ (*şĕmfrat'âo aiwyâiti*) designat. De eadem Mifræ actione evidentissime et in 15 agitur. In 51 retinui *âdid'âiti*, quamvis et ibi lectio varians eundem non omnino rejiciendum sensum afferre potest. Ut lectio *ạdad'âiti* præferatur, multum faciunt etiam quæ de Mifra 104-105 narrantur, ubi actio *occupandi*, quæ Mifræ tribuitur, plane *φυσικῶς* et *πλαστικώτερον* delineatur.

[2] Conf. annot. ad 127.

tites, etiam regionum-moderatores, etiam regionum
in-longe-prima-fronte-constitutos (a *fratĕmad'âḍ*, —
regionum vel maxime excellentes præpositos, vel
hos exitio dicat). 19. Illi parti [ad illam partem, 19
illuc] progreditur Mif̊ras iratus, infensus, cui par-
tium [in qua parte, ubi] Mif̊ræ-contemptor [exori-
tur] : non-huc [scilicet] cælesti-animo [instr., proprie:
ut deus, ad cælestem scilicet gratiam impertiendam],
advenit (a r. *śpać* c. præp. *paiti*) Mif̊ras [1]. 20. Qui 20
Mif̊ram-violantium pernicissimi sunt, progrediendo,
animi propositum [tamen] non apiscuntur: equo in-
sidentes non moventur-e-loco (*tan*), currui-insidentes
non procedunt-ex-animi-proposito (*man*). Retro fer-
tur missile, quod projicit anti-Mif̊ras, motu [2] prava-
rum opinionum, quas exsequitur anti-Mif̊ras. 21. Si- 21
etiam bene jaciendo miserit [telum], si-etiam corpus
[adversarii] attigerit, attamen hunc non vulnerabunt
(tela, — præs. caus. a r. *raś*), motu pravarum opinio-
num, quas exsequitur anti-Mif̊ras. Ventus istud mis-
sile arripit, quod projicit anti-Mif̊ras, motu pravarum
opinionum, quas exsequitur anti-Mif̊ras.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo vo-
cali adoratione, Mif̊ram cet.

22. Mif̊ram lata pascua possidentem adorabimus, 22
veridicum cet., qui hominem, non-læsus, ab an-
gore [ex angustiis] liberat, ab exitio liberat. 23. Ab- 23

[1] Secundum Spiegelium: *naêd'a mainyu pâiti uśpaćaḍ*, nicht sichert er sie durch himmlischen Schutz.

[2] Wegen der Menge der schlechten Manthras, welche der Gegenmithra macht, Spieg.

(*apa* refertur ad *barôis*) nos ab angore, ab- ex angustiis, Miŧra, -liberes [pot.] non-læsus [libera nos, Miŧra, ab omnibus angustiis, quibus vita humana obnoxia est, quum non tales sumus, ut te lædamus]. Tu hoc [sc. liberatione nostrum] Miŧram-violantium hominum in ipsorum corpora pavorem adducis [nos ex angustiis liberando, fraudatores tuos omnibus artubus contremiscere facis, timorem iis de propria salute injicis]; ab- illorum brachiis (*bâṣ̌râo*, gen. dual.) vigorem, tu, iratus, potens -tollis [brachia illis vigore privas], ab- pedibus alacritatem, ab- oculis visum, ab- auribus auditum (*apa*, ab-, omnibus hisce
24 quatuor locis refertur ad præcedens *barahi*). 24. Non illum hastæ peracutæ, non sagittæ prævolantis, attingit (*aś*, c. præp. *ava*) jactus[1], cui, incremento (loc.) in per-animum [in animo, — animum increscere faciendo, i. e. exhilarando animum[2]] Miŧras venit

ιyô, secundum Windischmannum, nom. cum significatione *Wurf*; secundum Spiegelium, acc. plur. a themate *sanami Glied*, — in die Glieder.

[2] Welchem zum Wachstum für den Geist. Spieg. Conf. 9, 46 (51, 63). Ubique particulam *avi* ad *frak̃sni* sive *frak̃śni* retuli, vocabulumque *manô* (9) in versione mea acc. græcum statui; nil tamen impedit, in phrasi quamvis sæpius occurrente, eaque a doctissimis viris multifariam tractata, cujus tamen perfecta et absoluta explicatio semper aliquid expectare mihi videtur, ut *avi* etiam ad *manô* referas, quod eundem, puto, sensum, sed ex alia grammatices ratione præberet. Hic et 46 notionem τοῦ *fraorĕḍ*, quamvis omissi (quod 9 et 51 exprimitur) utique latere puto. Tentatus fui in omnibus his locis *frak̃sni* cum *manô* attributi lege in acc. conjunctum accipere, nempe ut si Græce esset: *κατὰ τὸν* (*τῇ πίστει ὑπερφυῆ*) *θυμόν*, quæ opinatio e præsentia etiam in Ṣendico sermone adjectivorum syllabam *in* pro suffixo habentium (Justii Gr. 334) forsan confirmari posset.

præsidio, qui decem mille-speculatoribus accinctus [est], fortis, omniscius, non-fraudandus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mitram cet.

25. Mitram lata pascua possidentem adorabimus 25
cet., dominum, protectorem, valentem, data-salute-
munitum [in quo nobis a summo numine data est
salus], homines-consociantem, invocationem pro-
dono-recipientem [1], sublimem, illibata-virtute-præ-
ditum, corpus-sacram-doctrinam-habentem [i. e.
pro corpore,—sacra doctrina quasi involutum, in hac
degentem [2]], brachiorum-vi-præpotentem, heroem,
26. capita ferientem daêvorum, perquam-acerbum 26
punitionibus (gen.), implacabilem Mitram-lædentibus
hominibus, hostem Pairikarum, — qui regionem,
non læsus, summo robori ponit [ad summam poten-
tiam provehit], qui regionem, non-læsus, summæ
victoriæ ponit [perducit ad præstantissimam victo-
riam, victoria donat], 27. qui regione impia a [a re- 27
gione impia] rectissimas [vias] amovet, a- splendorem
[majestatem]-vertit [avertit], ab- victoriam- capit [vic-
toriam intercipit, eripit], indefensos illos assequitur,
centum mille homicidis tradit (*śrî*), qui decem mille
speculatoribus-accinctus [est], heros, omniscius, non-
fraudandus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador, Mitràm cet.

28. Mitram lata pascua possidentem adorabimus 28

[1] *Vahmôśĕndaṇh*, Spenden von Anrufungen habend, Just.

[2] Vide annot. ad 137.

cet., qui columnas sustinet sublimiter-extructæ do-
mus, stabiles [que] neque-interitui-obnoxias [incon-
cussas, æternas, — sc. et ipsam domum, eas] perficit.
At isti domui dat bovesque, turbas-virorumque,
in-quibus [domibus] placatus fit; sub- alias [domos]
-vertit [alias d. subvertit, diruit], in-quibus [ubi
29 ille] offensus fit. 29. Tu asper jucundissimusque,
o Mifra, es regionibus [te sævum, o Mifra, eundem-
que lætissimum regiones experiuntur]; tu sævus,
jucundissimusque, o Mifra, es hominibus; tu paci
perturbationibusque, o Mifra, præsides regionum;
30 30. tu claras-feminis, claras-curribus, sordibus-se-
pultis [mundas, nitidas], stratis-fastigiorum-altissimis-
præditas, domus amplissimas perficis; tu inclytam-fe-
minis, inclytam-curribus, nullis-contaminatam-sor-
dibus, culmine-elato-instructam, domum perficis
sublimem, qui (sc. huic, qui) te nuncupatum-no-
men-tuum-prædicante precatione, tempori-congrua-
voce, adorat, afferens sacrificia, innocuus.
31 31. Nuncupato-nomine-tuo-instructa te preca-
tione, tempori-congrua voce, o potentissime Mifra,
adorabo (conj.) sacrificiis; nuncupato-nomine-tuo-
instructa te precatione, tempori-congrua voce,
salutiferrime Mifra, adorabo sacrificiis; nuncupato-
nomine-tuo-instructa te precatione, tempori-con-
grua-voce, a-falso-abhorrens Mifra, adorabo sacrifi-
32 ciis. 32. Exaudias nostri, o Mifra, precationem, pla-
cere nostri, o Mifra, precatione; ad- nostræ preca-
tioni -sede [asside nostræ precationi, adesto præsens],
ad- nostra sacrificia -procede [accede ad nostra sacri-

ficia], ad- hæc oblata [tibi] -veni [adveni, accede], con- hæc Ćinmânĕm -defer [defer omnia hæc in Ćinmânĕm[1], κατὰ- hæc-redde Venerationis-domo (*Garô-nmânĕm*,—asportes hæc sacrificia nostra in cælestes regiones, ubi prima statio Ćinmâna te recipiat, deponasque ea Garônmâne, sc. ad pedes communis
nostri creatoris]. 33. Da nobis hoc beneficium, 33
quod (*yaśĕ* pro *yaḍ*) te supplicamus, potentissime, congruenter-cum datis [tibi a nobis] laudibus [pro laudibus, quas tibi offerimus], *nempe*, rem [rerum, quæ ad usum sunt necessariæ, possessionem, copiam rei familiaris], fortitudinem, victoriamque, præparationem [ut bene gratiæ summi numinis recipiendæ parati simus], integritatemque, bonamfamam, benignitatem, magnitudinem, rerum-sacrarum-cognitionem, victoriamque ab Ahura-paratam, ferientemque [prævalentem] præstantiam quam sanctimoniæ optimæ [quæ est perfectissimæ castimoniæ, — nempe præstantiam, cujus fundamenta in sanctitate et castimonia sunt posita, ideoque ope ejus ut superiores adversariis nostris evadamus],
disciplinamque doctrinæ sacræ, 34. ut nos, benigni- 34
animo, prompti-animo-que [erga alios, iidemque] favorem-experientes, benignitatem experientesque [ab aliis], feriamus [vincamus] omnes adversa-

[1] Conf. *C'invaḍ*, quamvis de *C'inmâne* in traditionibus siletur. Interpretante Justio : Trage sie (die Opfer) in deine Liebe (nimm sie liebevoll an); conjiciente Spiegelio : Trage sie zusammen zur Freude. Windischmannus *C'inman* idem ac *C'invaḍ* esse putat vertitque hanc sententiam : Trage sie in zum Sammelorte (*C'invaṭ*).

rios, — ut nos, benigni-animo, prompti animoque, [iidemque] favorem-experientes, benignitatem experientesque, vincamus omnes hostes, ut nos, benigni-animo, prompti-animoque, favorem-experientes, benignitatem experientesque, vincamus omnes inimicitias [et] cruciatu [pœnarum atque pœnitentiæ] -afficiamus [hostes nostros e cœtu] daêvorum, præstigiatorum, Pairikarumque, Śâϑrorum, omniumque cœcorum surdorumque [sc. qui cœci et surdi-sunt animo ad veritatem sacræ doctrinæ percipiendam].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Miϑram cet.

35 35. Miϑram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, consociatorem cet., debita-solventem [videl. bonis felicitate, malis calamitatibus retribuendo], invenientem-exercitus [cui exercitus non deficiunt, cui semper exercitus sunt præsto], mille-facultatibus-præditum, dominantem, præpo-
36 tentem, omniscium, 36. qui prælia progredi-facit (*ϑu*), qui præliis assistit, qui præliis assistens, acies [adversariorum] fundit. Trepidant (*yaṣ*) omnes fines aciei in prælium progressæ: [ille ipsum] medium
37 proturbat exercitus infesti. 37. Contra eos (sc. impios in Miϑram), ille præpotens exitium fert terroremque [infert iis exitium]: de- capita -jacit [dejicit, demetit in omnes partes disjiciendo] Miϑram-violantium hominum, ab- capita -vehit [avehit, avertit, avulsa a trunco procul projicit] Miϑram-lædentium
38 hominum. 38. Fœdæ [sunt, fiunt] domus prolem

[instr.] non-nactæ [prole carentes, sc. ubi pueri sive prorsus non nascuntur, sive moriuntur juvenilem ætatem nondum adepti], habitationes, in-quibus Miŧræ-violatores degunt (*sky*=*k̔śi*), manifeste [reapse] innocuos ferientesque; fœdum[1] vacca, quæ ungulis-bisulcis-incedens [incedit], in devium (*varaiŧya*) iter agitur, quæ in-angustias Miŧram-violantium hominum [fugientium ab insectante eos Miŧra, hominum in se fidorum vindice] protracta [*ṣarĕś*, — est]; illorum jumenta lacrimas [ex oculis] emittentia stant per os madidum [nempe lacrimis, quæ præ abundantia in os ex oculis cadunt[2]]; 39. sagittæ-qui- 39
dem eorum rectis-pennis-instructæ [instructæ pennis quasi accipitris, superiora recte affectantis,—recta ad collineatum propositum tendentes, rapidæ)[3], bene-intento ab arcu nervo-arcus percussæ, volantes, aera-perfodientes [irritæ] evadunt[4], quando iratus, læsus,

[1] '*Krûinîm—varaiŧîm*, accusativi fem. aliter Justius: (die Kuh) geht greulich auf dem Irrwege.

[2] Conf. equos Achillis, qui, occiso Patroclo, præ mærore, lacrimas fundunt: (*δάκρυα δέ σφιν θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέει μυρομένοισιν ἡνιόχοιο πόθῳ*, Il. XVIII, 337-339).

[3] Sanscr. *ṛǵipya*. Conf. 101.

[4] *Aśĕmanôvid̔ô* (*aśĕmanôǵanô*) *bavainti*. Sententiam hanc quinquies hic occurrentem Spiegelius ubique iisdem verbis: treffen das Ziel nicht, interpretando, videtur sic primum illius vocabulum, ni fallor, dissecasse, ut sit: *a-śĕmanô-vid̔ô*, inque secundo hujus compositi membro substantivum, quod *destinatum* (*τὸν σκοπόν*) significaret Græcoque *σήματι* responderet, in tertio radicem *vid* (sanscr. *vid*, *vind*) divinasse. At idem compositum, quando de telis, quæ non *pangendo*, sed *feriendo* hostes insectantur, agitur, posterius membrum alius radicis, nempe *ǵan* assumit, eoque nos in *aśĕmanô* vel *aśĕmanô* aliquid *concretum*, si fas est vocabulo uti, suspicari jubet, quod ap-

non-placatus infert sese Miϑras qui lata-pascua-possidens [est]; hastæ-quidem illorum, bene-adornatæ, acuminatæ, longis-spiculis-instructæ, erumpentes e brachiis [conjectæ manibus illorum] aera confodientes fiunt [irritæ cadunt], quando iratus, læsus, non-placatus, infert sese Miϑras qui lata-pascua-possidens [est]; lapides quidem illorum fundales ruentes e brachiis aera-perforantes fiunt, quando iratus, læsus, non-placatus infert sese Miϑras qui lata-pas-
40 cua-possidens [est]; 40. enses-quidem illorum bene-directi, qui percutiunt [perf. m. a r. *ǵan*] capita [loc.] hominum, aera-percutientes fiunt, quando iratus, læsus, non-placatus infert sese Miϑras qui lata pascua possidens [est]; clavæ-quidem illorum affabre-procusæ[1], quæ percutiunt capita hominum, aera-ferientes evadunt, quando iratus, læsus, non-placatus infert sese Miϑras qui lata-pascua-possidens [est].
41 41. Miϑras una-ex-parte tremefacit (*tarĕś*), Raśnus altera-ex-parte tremefacit [impiorum in Miϑram catervas]; Sraośas innocuus omnibus-a-partibus ceu-turbo-ruens-propellit (*vá*) [eos. Tum] re-ambo-salutiferi yaṣatae [sc. Raśnus et Śraośas] has[2] [sc. Miϑræ] acies -linquunt [re-linquunt, — ab inimicis

tissime Windischmanni conjectura, vocem hanc idem ac *aśman* (cælum, aer) esse, suppeditatur. Conf. Latinas locutiones : aera vel auras percutere, verberare, ferire = irritum aliquid facere vel loqui. Apud Justium neutrum vocabulum inveni.

[1] Vide annot. ad 132.

[2] *Tê*, ut genuinus nom. plur. posset ad *yaṣata*, pro nom. dual. referri, sed duriori constructione, contextusque orationis vocem hanc potius pro acc. plur. masc. accipere suadet.

abstracti videlicet], dum iratus, læsus, non-placatus [usque hostibus] sese infert Mifras qui lata-pascua-possidens,
42. sic conclamantes (*aoġ*) Mifræ latis- 42
pascuis : Væ, Mifra latis-pascuis! hi nostros celeres equos a Mifra [a te] abducunt [abstrahunt]; hi nostros fortes brachio [suo] enses confringunt.
43. Post-hæc 43
eos dispergit Mifras qui latis-pascuis [est], quinquagenos trucidando ab-iis, qui centenos trucidantque, centenos trucidando ab occisoribus millenorum, denos-millenos trucidando ab-innumerabilium-hominum-occisoribus [Mifras impios in se homines ita ministris suis interimendos tradit, ut hi ne fatigationem aliquantulam hac internecione sentiant, deficiente solito occidendorum numero[1]], siquidem [est] iratus, læsus Mifras qui lata-pascua-possidens [possidet].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mifram cet.

44. Mifram lata pascua possidentem adorabimus 44
veridicum cet. cujus terræ-latitudine [terram latitudine exæquans] domicilium constitutum corporeis-animantibus-pleno in-mundo, magnum, non-angustiis-laborans [non coarctatum, commodum],

[1] Windischm. : Zu fünfzig sie tödtend und zu hunderten, zu hundert sie tödtend und zu tausenden etc. Spieg. : Dann fegt diese hinweg Mithra—zum Tödten von Fünfzig für die Hunderttödter, zum Tödten von Hundert für die Tausendtödter, etc. Justius : mit 50mal Hunderttödtungen, mit 100mal Tausendtödtungen, mit 1,000mal Zehntausendtödtungen, mit 10,000mal Unzähligtödtungen. (Suffixum *ġna*, ad normam doctissimi viri explicatum, invenies sub voce *ahank'staġna.*)

lucidum, latum utique, vasta-spatia-amplectens [est],
45 45. cujus familiares amici (*râti*) omnibus super editis
locis, omnibus [in] speculis, speculantes insident [perf.
m. a r. *âh*] Miťræ Miťræ-violatorem aucupantes,
hos in [in hos] intentos-oculos-habentes, in hos
omnibus-mentis-facultatibus-conversi, qui primi[1]
Miťram offenderunt, horum-equidem semitas tuen-
tes [arcentes hos a semitis, — a r. *pâ*, si] quam
[*yim* pro *yaṇm*, intrare] volunt Miťræ-violatores,
palam [reapse, evidenter] innocuos ferientesque,
46 malefici. 46. Hos [equidem maleficos] observans,
a tergo observans, a fronte observans, speculator,
perspicax, non-fallendus, pro- illius -accedit [pro-
cedit ad domum illius, in familiaritatem illius ve-
nit] Miťras qui latis-pascuis [est], cui incremento
[loc.] in [in incremento] animum [animum incres-
cere faciendo][2] Miťras advenit saluti [sc. ad quem
advenit Miťras semper paratum, qui lætatur adventu
Miťræ, utpote cui mandata et leges Miťræ observare
semper cordi et curæ est], qui [Miťras] decem mille-
speculatoribus-accinctus [est], heros, omniscius,
non-fallendus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc.
ador. Miťram cet.

47 47. Miťram lata pascua possidentem adorabimus
veridicum cet., quem, illustrem, indignabundum[3],
latis-ungulis-muniti [equi] vehunt versus exercitus

[1] Welche besonders den Mithra belügen, Justius.

[2] Conf. 9, 24, 46 et 51. (Vide annot. ad 24.)

[3] *Ṣaranumanĕm, ṣaranaimanĕm, ṣaraninĕm*, goldenen, Spieg.

infestos, versus congressas [ad prælium] acies, intra regionum [pro regionis possessione]-certamen.
48. At quando Mit̊ras proficiscitur versus exercitus in- 48
festos, ad congressas-acies, intra regionum-certamen, ibi [tum] virorum Mit̊ram-violantium e- manus -nervat [enervat, vires et robur manuum frangit. Verbatim : retro cohibet], circum- visum eorum -velat [circumvelat, sc. obtundit, hebetat, — a r. *var*], deaures [eorum]-privat-auditu [deprivat auditu, adimit auditum], non pedes [eorum] sustinet [rectos esse patitur; *εἰρωνικῶς* pro : pedibus omnem vigorem adimit], non virium-recreator fit istis regionibus, istis militibus[1] [non fit adjutor, non ad opem ferendam succurrit sive regionem incolentibus, sive militantibus pro regione, qui debita veneratione Mit̊ram non prosequuntur], quando male-ferentes [contumaces, *duṣ̊bĕrĕḍ,* ipse male] perfert [non perfert, non tolerat] Mit̊ras qui latis pascuis [est[2]].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mit̊ram cet.

49. Mit̊ram lata pascua possidentem adorabimus, 49
veridicum, conciliatorem cet., 50. cui domicilium 50
condidit [ille] qui creator [est] Ahuras-maṣdas supra Hara [monte] excelso, multis-conscendendo,

[1] *Tâ daṇhâvô, tê hamarĕtê,* sunt accusativi.

[2] Wen sie (welche) übel tragend trägt (Mithra, passivisch), Justius, secundum quem, si acc. *duṣ̊bĕrĕntô* passive est accipiendus, vertendus esset : Quando non ferendos perfert, sc. male fert, Mit̊ras. Spiegelius et Windischmannus vocabulum hoc pro nominativo accepisse videntur, interpretando : die (welche) mit Uebelwollen trägt Mithra.

conspicuo, ubi neque nox [est], neque tenebræ,
neque frigidus ventus, neque torridus, neque im-
munditia scatens-morte, neque sorditudo a-daêvis-
creata; non ibi caligo ascendit [nulla ibi ascendit
51 caligo] monte super hoc excelso, 51. quod [domi-
cilium] perfecerunt Immortales Sancti omnes cum-
Sole-communem-voluntatem-et-arbitrium-haben-
tes [solis voluntatem et arbitrium habentes, con-
junctim cum Sole] fidei-incremento in [residenti]
animo ex-pietate intimo-animo ex [ex intimo animo,
— animo intime dedito crescenti, i. e. non languidæ,
vivæ religioni, animo sacræ doctrinæ fidelissimo[1].
Sensus : Immortales Sancti, ab omnibus tenebris
pariter cum lucido Sole, abhorrentes, extruxerunt,
pro fidissimo Ahuricis doctrinis animo suo, mirifi-
cum domicilium Mitræ, ad quod construendum om-
nes iis facultates piissimus in Mitram et Ahuram
animus suppeditavit. Tale videlicet domicilium con-
didit Ahuras Mitræ Immortalibus Sanctis ministris,
Mitræ], — qui universum mundum corporeis-ani-
mantibus-plenum perspicit[2] monte [suo in] excelso
[e fastigiis istius montis immortali visu suo totam re-
52 rum universitatem occupans]. 52. At quando mala-
consilia-fovens [uniuscujusque mali prima causa et
origo, idemque malum exercens, malum creans, sc.

[1] Conf. 9, ubi iisdem verbis describuntur homines refugientes ad Mitram. (Vide annot. ad 24.)

[2] Si et hic præferretur lectio *ådad'åiti*, vertendum esset : Qui universum mundum, corporeis animantibus plenum, occupat *monte suo in excelso,* vel *monte suo ab excelso,* quod ultimum, scil. *a monte,* et cum lectione (*ådid'åiti*) quadrat.

Aṇrô-mainyus] procurrit, [ille] qui flagitia-faciens [est, — cujus omnis occupatio unice flagitiis et peccatis exercendis continetur], celeri gressu [sc. celeriter tum] celerem jungit currum [jungit celeres equos curru] Miϑras qui latis-pascuis [est], Śraosaśque innocuus, fortis, Nairyôśaṇhasque, qui in-certamine, acie [ve]- genita occidione [Aṇrômainyum] ferit [pro : feriunt, verbum, per zeugma, ad proximum substantivum referendo], proprio-robore-genita-ve [vel singulari certamine percussum [1]].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Miϑram cet.

53. Miϑram lata pascua possidentem adorabimus 53
veridicum, consociatorem cet., qui continenter [2], extensis-manibus, queritur Ahuræ-masdæ, sic dicens : 54. Ego universorum animantium protector 54
[auctor] sum bene-amplus [amplissimus]; ego universorum animantium defensor sum amplissimus : at me non homines nuncupatum-nomen-meum-prædicante precatione venerantur, sicuti alios yaṣatas nuncupatum-nomen-suum-prædicante precatione venerantur. 55. Si enim me homines nun- 55

[1] Residet videlicet Miϑras in Hara bĕrĕṣaiti, nec nisi ad coercendum Aṇrômainyum e sublimi palatio suo in terram descendit, semperque humani generis inimicum non oscitanter aggreditur.

[2] Suadente Justio, hic et 73 *bâďa* vertendum esset Latinis adverbiis : profecto, enimvero (fürwahr), ut et Windischmannus vertit; at evidenter in 83-85 aliam hæc particula significationem tuetur, quæ sensui et horum duorum locorum respondet (in 73 Spiegelius vertit illam voce *immer*, in 83-85 voce *immerfort*); queri enim *continenter, absque intermissione*, idem est ac *multum* queri.

cupatum-nomen-meum-prædicante precatione venerarentur [impf. caus.], sicuti alios yaṣatas nuncupatum-nomen-suum-prædicante precatione venerantur, ad- homines (*nar*) probos [dat.], confecto [mihi] ævo [sc. conditiones ævi humani subeundo, i. e. assumendo formam, quæ a hominibus, quamquam infiniti ævi ipse sim particeps, percipi posset; *ťwarstahê ṣrûáya* sunt genitivi [1]]-venirem [advenirem, frequentarem homines], proprio-meo [isto] corpore magnifico, immortali, accommodato [ad commercium cum probis hominibus ineundum et continuandum] visitarem (eos).

56 56. Nuncupatum-nomen [tuum]-prædicante te precatione, tempori-congrua voce, veneratur affe-
57-59 rens-tibi-sacrificia homo-probus. 57.-59. Nuncupato-nomine-tuo-instructa te precatione, tempori-congrua-voce, o potentissime Miťra, adorabo sacrificiis; nuncupato-nomine-tuo-instructa te precatione, tempori-congrua voce, salutiferrime Miťra, adorabo sacri-

[1] Secundum Justium *ṣruáyu* est accusativus, duoque hæc vocabula, præeunte Spiegelio, significant : zur festgesetzten Zeit. Totam hanc apodosin Spiegelius interpretatur : so würde ich zu den reinen Männern zu der festgesetzten Zeit kommen, ich würde kommen zur festgesetzten Zeit meines eigenen Lebens, des glänzenden, unsterblichen; — Justius : zu der meinem Leben bestimmten (Zeit) würde ich kommen (d. h. zu der Zeit, welche mir die Weltordnung bestimmt hat.) Mihi, quum ratio ad y. IX, 1 annotata, tum, quod de periodico deorum, sive geniorum, descensu (*avatâra*) in religione Airyana nil, quantum scio, dicatur, et hic vocabulum *gaya* pro *corpore* accipere jubet. Assumendo hæc, notitiam *corporis* pro *vita*, Sendice ut et Sanscrite (*tanu*) usurpari minime nego. (Conf. y. XXX, 2, et in hoc yashto 65, ubi vox *gaya vita florens corpus* et 71, ubi simpliciter *animatum, virens, corpus* significat.)

ficiis; nuncupato-nomine-tuo-instructa te precatione, tempori congrua voce, a-falso-abhorrens Miťra, adorabo sacrificiis. Exaudias nostri, o Miťra, precationem; placare nostri, o Miťra, precatione; nostræ precationi adesto præsens; ad nostra sacrificia accede, ad hæc oblata tibi veni, hæc Ćinmânem defer (cet. 33-34).

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Miťram cet.

60. Miťram lata pascua possidentem adorabimus, 60
veridicum, consociatorem cet., cujus præclara fama [est], venusta facies, eximia laus, — potestatem-largitionum-habentem [penes quem bona hominibus largiendi est potestas], potestate-pascuorum-fruentem, [Miťram], qui non deprimens heic operosum agricolam [qui operosum agricolam non deprimit, sc. protegit, adjuvat], — potenter-defendentem, invictum (*vaśôyaonĕm*, *ainitĕm*, recensente Windischmanno), bene-sapientem [cujus sapientia est recta, nullibi fallax, sc. nil falsi vel cernens, vel admittens], qui decem mille-[oculis]-speculans [speculatur[1]], heros, omniscius, non-fallendus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Miťram cet.

61. Miťram lata pascua possidentem adorabimus 61
veridicum, consociatorem cet., erectum-pedibus

[1] Conf. 7, 82, 91 et *baêvarĕ dôiťranaṃm*, 82. *Baêvarĕspaśana*, apud Justium : Zehntausendspäher. Ceterum, ipsi exploratores etiam pro oculis Miťræ accipi possunt, indeque commutationis origo, ad quod respiciens alias (ut ex. gr. 46) verti : *centum mille speculatoribus accinctus.*

[qui erectus incedit, — sc. strenuum, navum], ar-
matum custodem, fortem, [hominum] consociato-
rem, auctorem-scaturiginum [quo auctore agri non
arescunt, qui aquæ necessariam copiam agricolis
suppeditat], a-quo-appellatio-exauditur [qui advoca-
tus audit, assistit ad opem ferendam], profluere-
facientem-aquas, crescere-facientem-arbores, sulcos-
[agricolæ]-dirigentem [1], acutum, omnigenis-faculta-
tibus-præditum, non-decipiendum [qui falli vel
decipi nequit], multifarias-potestates-habentem,
62 sapientia-cumulatum [sc. a deo creatore], 62. qui
non cuilibet Mitram-violantium hominum vim im-
pertit, non robur [qui neque vim, neque robur,
sc. nullam vim impertit fraudatoribus], qui non
cuilibet Mitram-violantium hominum majestatem
[splendorem] impertit, neque præmium [i. e. irri-
63 tos eorum labores facit]. 63. Ab- illorum brachiis
vigorem tu iratus, potens, -tollis [aufers, brachiis
illorum vigorem adimis], ab- pedibus alacritatem,
ab- oculis visum, ab- auribus auditum. Non illum
hastæ peracutæ, non sagittæ prævolantis, attingit
jactus, cui, fidei-incremento in animo [animo exis-
tente in incremento fidei, dum animus sc. probi ho-
minis fide increscat [2]], Mitras venit præsidio, qui de-

[1] *Karšôrâṣĕm* der die Furche richtet, interpretante Windischmanno, quod neque sensui y. 61, 13 repugnat, qui posterior locus nescio cur sic verti non possit: des mihi crescentem (*bona valetudine præditam*) divinam (*pulchram*) prolem, sulcos dirigentem (*ab agris colendis non repugnantem*) *hominumque* conciliatricem. Spiegelius *karšôrâṣĕm* vertit: der einen Kreis (Versammlung) veranstaltet.

[2] Conf. annot. ad 9 et 24.

cem mille speculatoribus accinctus [est], fortis, omniscius, non-fraudandus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Miťram cet.

64. Miťram lata pascua possidentem adorabimus, 64
veridicum, conciliatorem cet., in-quo intelligentia
religionis pulchræ, latissime-se-propagantis, magna,
efficax, posita est; cujus (loc.) ad[1]- acies oculorum
-conversa est in-omnes [instr.] karśvanum [cujus acies
oculorum æque omnibus regionibus mundi adverti-
tur, eas intuetur, easque perspicit] quæ [instr.] sep-
tem [sunt, — sc. conversa est in omnes septem
karśvân]; 65. qui velocium velox, qui largitorum 65
largitor, qui fortium fortis, qui consociatorum con-
sociator [est, — sc. qui inter veloces velocissimus,
inter largitores munificentissimus, inter fortes fortis-
simus, inter concordiæ studiosos studiosissimus est];
qui incrementi-dator [est], qui rerum-abundantiæ-
dator, qui armentorum-dator, qui imperii-auctorita-
tisque-dator, qui filiorum-dator, qui corporis-salubris
[salubritatis corporis]-dator[2], qui sanctificationis-da-
tor, qui integritatis dator [sensus: veneremur Miťram,
qui piis in se hominibus largitur sapientiam in rebus
gerendis, abundantiam rei familiaris, multos fidosque
socios, auctoritatem in propinquos, claram proge-
niem, longævitatem, denique prosperitatem in uni-
versum integritatemque], 66. quem comitatur Sanc- 66

[1] Adverbium *paiti* auget hic vim participii *vîďâtĕm*, ad quod refertur.

[2] Conf. annot. ad 55.

titas Bona, Pârĕndique celeri-curru-insidens, præpotensque Virilis-Conversio [vividaque, quæ viros decet, potestas convertendi hostes in fugam], præpotensque Regia Majestas, præpotensque Cælum proprias-leges-habens [non mutuo videlicet alicunde sumptas, neque commune aliquod cum pravis moribus habentes, ideoque inviolabiles, æternas], præpotensque [sanctissimæ] Sapientiæ-simulacrum, præpotentesque proborum-hominum Deæ-Geniales, quique *ipse* multorum congregator proborum hominum Maṣdam-colentium [est. Mithram comitantur potestates cælestes turbæque hominum, qui probi Maṣdam colunt].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mithram cet.

67 67. Mithram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, consociatorem cet., qui curru super a-cælitibus-fabricato, sublimi-rota-instructo [1], vehitur a karsvarĕ quod Arĕṣahi [cui Arĕṣahi est nomen] usque ad karsvarĕ quod 'Qanirafa [appellatur] splendens, magnifica rota [2] vectus-consociatusque (*hacimnô*) cum-Majestate a-Maṣda-condita Victoriaque ab Ahura-posita [comites habens Majestatem et

[1] Vide 136.

[2] Spiegelius : verbunden mit passenden Rädern, cui versioni clarissimus vir addit annotationem : Oder noch wörtlicher : mit einem passenden Rade. Da von den Rädern des Wagens schon vorher die Rede war, so wäre es nicht ganz unmöglich, dass das hier genannte Rad ebenso ein Symbol der Herrschaft sein sollte, wie bei den indischen Cakravartins oder Weltbeherrschern. *Rathwya*, explicante Justio, quod ad hunc locum, est : herrschaftlich, — *rathwya cakhra*, mit dem Rad der Herrschaft.

Victoriam], 68. cujus currum simul occupat [simul 68
cum Mitra] Sanctitas Bona quæ excelsa [est, —
excelsa Sanctitas Bona], cujus [sc. Mitræ] Religio
Maṣdam-colens pro-sua-voluntate [suam, quæ est
Maṣdæ, non alius voluntatem sequendo, compos
sui, libera [1]] vias instruit [i. e. qui incedit via ab re-
ligione Maṣdaica parata, strictissime videlicet reli-
gionis Maṣdaicæ præcepta facessit totusque est in iis],
quem cursores [equi] cælestes, albi, coruscantes,
conspicui, sacri, periti, celeritate cogitationi-obse-
quentes [i. e. celeritate cogitationem æquantes, per-
venientes quippe ad propositum uno eodemque tem-
poris puncto, quo propositum mente conceptum
esset] vehunt [2], quod [quum] penes eum Sapientiæ-
Simulacrum, fausta-ascensione continuo ascendit
[quum præ oculis Mitræ divinæ Sapientiæ Simula-
crum, quasi aliquod cæleste lumen, continuo exo-
ritur iisque obversatur, perfectissimi quasi exempli
partes gerens, ad quod omnes ejus motus confor-
mantur et diriguntur], 69. quo a [a quo, quem M.] 69
tremunt [timent] omnes incorporei daêvi, quique
sunt [daêvi] Varĕnii, malefici.

Utinam-non ergo [3] domini irati sub ictum venerimus [ne venerimus sub ictum irati Mitræ], cujus mille ictus contra hostem feruntur, qui decem mille-speculatores-habens, heros, omniscius, non-fallendus!

[1] Conf. y. XXX, 11 (*q'îti*).

[2] Conf. Homericum de navibus : *τῶν νέες ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα* (Od. VII, 36).

[3] *Môi tû*, ad correctionem Windischmanni, cum Justio *môiḍ* lego.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc.
ador. Miθram cet.

70 70. Miθram lata pascua possidentem adorabimus
veridicum, consociatorem cet., cujus anteriore-e-
regione [ante quem] fertur Victoria [Victoriæ ge-
nius] ab- Ahura-creata, suis corpore [corpus suile
habens] verris[1] recta-procedentis [recta adorientis
hostem], acutis-dentibus, maris, acutis-ungulis, se-
mel occidentis [i. e. occidentis uno ictu] verris, pin-
guis, iracundi, stillanti-ore, robusti, ferreis-pedibus,
ferreis-manibus, ferreis-aculeis, ferrea-cauda, ferreis-
71 genis, 71. qui præceps-ruens, a-hoste pendens [hosti
inhærens] cum animo-feroci, una cum Virili-Con-
versione-in-fugam, in-pugna profligat hostes. Neque
putat [ille] feriens [non ille hic tum putat ferire,
non putat ferire nisi —], neque quamlibet interne-
cionem relinquit [cessat ab internecione], donec ille
exciderit medullam, [quod est] columen vigentis-
corporis[2] [in qua fundamenta vigentis corporis sunt
posita], medullamque, [qui est] fons-et-caput vita-
72 lium. 72. Simul [illico, statim] omnia concidit ille
[Vĕrĕθraˁgnas, Victoriæ genius], qui simul ossaque,
capillosque, cerebraque, sanguinesque terræ miscet
[*haṇmraēθwi*, cum terra confundit] Miθram-violan-
tium hominum.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc.
ador. Miθram cet.

73 73. Miθram lata pascua possidentem adorabimus,

[1] Conf. Homericum βοῦς ταῦρος et simm.

[2] Conf. annott. ad 55 et y. IX, 1.

veridicum, consociatorem cet., qui continenter, ex-
tensis-manibus, promens lamentabatur (impf. a r. *rî*)
vocem, sic dicens : 74. Ahura-maṣda, spiritus sanc- 74
tissime, creator mundorum corporea-animantia-
alentium, integerrime ! Si enim me homines nun-
cupatum-nomen-meum-prædicante precatione vene-
rarentur, sicuti alios yaṣatas nuncupatum-nomen-
suum-prædicante precatione venerantur, ad-homines
probos, confecto mihi ævo [conditiones ævi humani
subeundo] -venirem [advenirem, frequentarem ho-
mines], proprio-meo isto corpore magnifico, im-
mortali, accommodato [ad commercium cum probis
hominibus ineundum et continuandum] visitarem
(eos)[1].

75. Præstemus-nos [pot.] tibi civitatem [quam 75
colendam obtinuimus] foventes[2] [protegentes]; ne
simus tibi [coram te] civitati [nostræ] nocentes, ne
[sc. simus, neque —] domibus-illius-nocentes, ne-
que vicis-nocentes, neque pagis-nocentes, neque re-
gionibus-nocentes, ne-tum [si nos patriæ noxios
præstiterimus, sit], quod nos terribile brachium
tuum percutiat (conj.) coram inimicis nostris [ante
oculos hostium]. 76. Tu, o Miϑra, istorum inimi- 76
corum [nostrorum], tu istorum odio-nos-prosequen-
tium [hominum] odia comminuis : exstirpa-radicitus
(*śćid*) probos-occidentes [hos, qui malo affligunt,

[1] Conf. annot. ad 55.

[2] Precatio, quæ evidenter ex regum ore proferri solebat; ideoque, quamvis ipsa per se præclara, ad partes seriore huic yashto insertas ævo pertinet. (Vide quæ annotavi ad 127.)

qui trucidant probos homines]! Tu præstantibus-equis es [possides præstantes equos], præstanti-curru, ad-invocationem-salutem-ferens (*ṣavanôśu*) es heros [ferens salutem iis, qui te invocant. Sensus in universum : tibi sunt omnia, quæ ad ferendam afflictis opem
77 habere necesse est] : 77. ad-que te -invoco (conj. a r. *ṣlâ*) auxilio [advoco, precor, ut adsis nobis auxilio, ut auxilium præstes] cum præcipua [omnibus numeris absoluta, perfecta, τελεία]-dedicationeque sacrificiorum rite-perfecta-dedicationeque, cum-præcipua-oblationeque donariorum rite-perfecta-oblationeque[1], utpote [qui] te, o dominorum-princeps, perpetue regionum possessor, [precor] bonam-habitationem læta-prosperitate-florentem [nempe, precor, ut consolides nobis felicem vitam, ut præstes domos nostros feliciter et prospere nobis habitandos, utpote qui ipse dominia immensa possideas *longusque* sis ditionibus tuis possidendis, i. e. qui longe, ex quo creatus es, illibatis facultatibus tuis gaudeas, quas in perpetuum, pro eximio in te favore Ahuræ, ne-
78 que imminui, neque eripi a te fas est]. 78. Tu has regiones protegis, quæ rite-oblatis-donariis operam-dant Mitræ latis-pascuis; tu has solo æquas [evertis, deles], quæ flagitiis-obrutæ (*raṇkśyaṇd* sunt) regio-

[1] An rufe ich Dich zur Hülfe mit vielen Opfern von Spenden und mit gutem Opfer, mit vieler Darbringung von Spenden und mit guter Darbringung, Windischm.; Ich rufe dich an zur Hülfe mit vielem Opfer, mit gutem Opfer von Gaben, mit vieler Darbringung, mit guter Darbringung von Gaben, Spieg. Justio interpretante, *asfrâyasti* significat *viel Opfer*, *asfraběrěiti* viel Darbringungen, *hafrâyasti* das gute Preisen, *hufraběrěti* gute Darbringung.

nes. Ad- te -voco [advoco] auxilio : ad-que nos veniat [adveniatque nos] ad salutem-ferendam terribilis, rapidus, adorandus, venerandus Miϑras, magnificus regionum-dominus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo, Miϑram cet.

79. Miϑram lata pascua possidentem adorabimus, 79
veridicum, consociatorem cet., qui Raśnu (nom. pro gen. cum significatione dat.) domicilium paravit (perf. m. a r. *dâ*), cui Raśnus perpetuæ amicitiæ (dat.) præbuit (perf. a r. *bar*) asylum (*mana-*
vanḍ). 80. Tu domicilii protector [protector domus, 80
familiæ], servator es immunium-nocendi hominum, [hominum, qui neminem lædunt, nemini nocent], tu operosi ad-es defensor inter-innocuos[1] [tu imprimis inter innocuos operosorum hominum adjutor es et defensor; ad *paiti* subintelligitur hic verbum accurris, ades]. Te ad- quippe amicum -posuit [creavit] optimum [ad-posuit = posuit ad te, in tui commodum : tibi quippe Ahura-maṣdas procreavit, dedit, optimum amicum, videl. Raśnum], Victoriamque [victoriæ genium] ab-Ahura-conditum, coram qua [proprie : coram quo, i. e. victoriæ genio] jacent (*śî*) Miϑræ-fraudatores præ flagitiis (*vîϑisi*) occisi, priores[2] [illi] homines (Victoriæ genius, memorando

[1] *Adruǵanm* hic est genitivus partitivus (*varĕṣanahê adruǵanm*, operosi inter innocuos = uniuscujusque operosi innocuorum).

[2] *Paurva.* Vocabulum hoc propioris, sine dubio, Ṣaraϑustricæ religionis initiis ætatis homines designat, qui, ab antiquioris religionis cultu non desistentes, illam novam aspernabantur ejusque asseclas impugnabant.

ictu suo, sustulit jam generationes hominum, qui quondam rite instituendo Mitræ cultui officiebant).

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo Mit̃ram cet.

81 81. Mit̃ram lata pascua possidentem adorabimus veridicum, consociatorem cet., qui Ras̃nu domicilium condidit, cui Ras̃nus perpetuæ amicitiæ præbuit
82 asylum[1], 82. cui mille facultates dedit Ahura-maṣdas, decem mille oculos spectando [ad spectandum]. At hisce oculis, hisque viribus [istorum oculorum facultatumque ope] ille [sc. Mit̃ras] observat [speculatur] [unumquemque] Mit̃ram-lædentium hominum [unumquemque] Mit̃ram-violantium; at istis oculis, istisque viribus non fallendus est [non potest falli] Mit̃ras qui decem mille-speculatores-habens, fortis, omniscius, non-fallendus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo, Mit̃ram cet.

83 83. Mit̃ram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, consociatorem cet., quem regionis dux continenter[2], extensis manibus, invocat auxilio;
84 84. quem vici-dux continenter, extensis manibus, advocat auxilio; quem domus-dux [pater-familias] continenter, extensis-manibus, invocat auxilio; quem ambo-parentes, conjuncti [conjunctim], continen-

[1] Conf. 79.

[2] Conf. 53 et 73. Hic et in subsequentibus *bâd̃a* prædicato suo iterativi aliquo modo verbi impertit significationem : *continenter invocat saluti* idem puto esse ac *semper invocat, invocare solet*, nempe si jus invocandi ex intima animi conscientia se esse innocuum et probe Maṣdayasnicum obtinet.

ter, extensis manibus [1], advocant auxilio; quem pau-
per quilibet [hic vel alius pauper], integræ [veræ]-
religioni-addictus, repudiatus (*yam*) [2] suis judiciis
[non auditus a judicibus], continenter, extensis ma-
nibus advocat auxilio, 85. cujus [sc. pauperi] vox 85
lamentantis sursum [ἀνα]- ad cælestia lumina-ascen-
dit (*aś*) [3] ad- circum hanc terram -it [in cælum ascen-
dit lamentatio pauperi eodemque tempore ad terram
conversa circumit, ambit universam terram], dis-sep-
tem karšvân -it [discurrit per septem karšvân, adit
unumquodque karšvarium, i. e. penetrat in intimos
fines universi], quum-quidem adoratione [precando]
claram-vocem fert [pauper iste Mifræ], quum-qui-
dem [nisi] aure-admota [audiendam, — sive clara,
sive submissa, ideoque aliis non percepta, voce opem
Mifræ implorat]. 86. Quæ in-devia (*instr.*) acta [quam 86
agunt, protrudunt in devia] continenter, extensis
manibus [4], vocat auxilio [implorat auxilium] stabuli
reminiscens : Quando nos heros stabulum-vernacu-
lum apisci faciet a tergo [in raptores nostros] ruens
Mifras qui latis-pascuis [est, qui possidet l. p.],
quando nos redire faciet [præs. conj. a. r. *urviś*]

[1] Notetur nom. sing. pro duali.

[2] Seiner Gaben beraubte, Spieg. abgewiesen (unverhört) von seinen Gerichten (Richtern), Just. Itidem et Windischm. : abgewiesen in seinen Gerichten.

[3] Conf. Homericum de spretis precibus : *ὃς δέ κ' ἀνήνηται, καί τε στερεῶς ἀποείπῃ, λίσσονται δ' ἄρα ταίγε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι τῷ Ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ. Il.* IX, 496.

[4] Conf. quæ supra (38) de lacrimis ex oculis bovis emicantibus narratum est. *Uśtânaṣastô* est masc. pro fem.

incolumitatis in semitam [in semitas, quas incedunt incolumes, innocentes, Maṣdaicæ scilicet religioni addicti homines, — quando reducet me] nunc malefici-dæmonis in-latibulum (*vâeśman*) actam[1]?

87 87. At cui placatus fit Mit̔ras qui latis pascuis [est, — qui invocantium Mit̔ram, duces-ve regionum, domuumve cet., pastores-ve, quorum mæsta pecora a montanis prædatoribus diripiuntur, qui horum omnium, vitæ suæ ratione, se dignos Mit̔ræ auxilio præstiterunt, illorum unicuique —] advenit saluti; at cui offensus fit Mit̔ras qui latis pascuis [est], huic [cuique] disturbat domumque, vicumque, pagumque, regionem que, in-regione-auctoritatemque.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo, Mit̔ram cet.

88 88. Mit̔ram lata pascua possidentem adorabi-

[1] Mentio de montanis Turanicæ probabiliter stirpis, hominibus, qui prædas e maṣdayasnicis Airyis agebant. Ceterum, descriptio hæc Airyorum raptæ vaccæ multum analogiæ cum inimicorum maṣdayaśnici cultus, quos Mit̔ras devincit, supra descripta (38) vacca offert, adeo ut putes ibi et hic de una eademque, nempe vel de Airyorum vel Anairyorum, vacca actum fuisse, distinctionemque, quam nunc difficile est negare, a posterioris ævi diaskeuastis fluxisse. Apponam interpretationes Windischmanni et Spiegelii :

Die in Irre geführte fürwahr ruft (ihn) mit erhobenen Händen zu Hülfe, nach dem Stalle sich sehnend : Wann wird uns der Mann zum Stalle gelangen machen, hinterherfahrend, Mithra der weitflurige? Wann wird er uns hinbringen auf den Weg des Reinen die in das Haus des Drucks geführte? Windischm.

Die in die Irre geführte (Kuh) ruft ihn immerfort mit erhobenen Händen zum Schutze an, an den Stall gedenkend : Wann wird uns zum Stalle bringen hinterher eilend der männliche Mithra mit weiten Triften? wann wird er uns hinbringen zum Weg des Reinen, die in die Wohnung des Drucks geführten? Spieg.

mus, veridicum, consociatorem cet., cui sacrificabat Haomas [res humanas] promovens-et-augens, salutaris, venustus, dominans, aureis-oculis-præditus altissimo super edito-loco (*barĕsahi*, a *barĕsanh*, loco editiore; *barĕsistê barĕsahi*, editissimo editiorum locorum), monte[1] super excelso [altissimo], qui vocatus est (perf. m. ar. *vać*) Hukairya nomine, nulla-labe-contacto [Mifræ ipse] nulla labe-contactus [Haomas], puram ante verbenam, purum ante libamen, integras ante laudes[2], 89. quem (sc. M.) sacerdotem 89
constituit (impf. m. caus. a r. *ślâ*) Ahura-masdas integer prompte-sacrificia-exsequentem, altisonos cantus recinentem. Sacrificàvit sacerdos [Mifras] prompte sacrificia - exsequens, altisonos - cantus - præcinens, elata [magna] voce [sacrificavit magna voce, i. e. perfecit sacrificia, sacrificales preces magna voce præcinendo], sacerdos Ahuræ-masdæ, sacerdos Immortalium Sanctorum : ista vox sursum- ad lumina cælestia -ascendit (impf. a r. *aś* cum præp. *uś*), ad-circum hanc terram -iit [ambiit et permanavit terram] diffudit se (impf. conj. a r. *ǵaś* c. præp. *vi*) omnia per karśvaria quæ septem [per omnia septem karśvaria][3], 90. [ille], qui primus in-sacro-mortario hao- 90
mas sustulit (impf. m. a r. *dâ* c. præp. *uś*) astris-coruscante, cælestium-ingenio-fabricato, monte super

[1] Substantivum *haraiti* hic pro appellativo cum significatione *montis* accipio, quum proprium nomen illius mox voce *hukairya* designatur. Idem vocabulum et 51 non est cur pro appellativo non accipiatur.

[2] Laudes, probabiliter, dei sequebantur sacrificium.

[3] Conf. 88.

excelso[1]. Laudibus prosecutus est (benedixit, impf. a denom. *bĕrĕgay*) [eum] Ahura-maṣdas, laudavere Immortales Sancti [laudes dedere Mithræ], cui corpori pulchra-statura-eminenti [laudes dedere Mithræ, isti venusto corpori, cujus statura pulchre eminebat, scilicet—laudaverunt Mithram, qui eminebat pulchra statura sui corporis; in *yêṇhâo*, genit. fem. ad genitivos *kĕhrpô huraodhyâo* relato notetur attractio], — cui sol rapidis-equis [rapidos equos agens] e longinquo adorationem instituit (expergefacit, a. r. *bud*)[2].

91 91. Adoratio Mithræ latis-pascuis, mille auribus, decem mille oculis [qui fruitur latis pascuis, qui habet mille aures, decem mille-oculos]! Adorandus es, venerandus [es]; [semper] adorandus sis (pot.), venerandus in-domibus hominum; prosperitas adsit (pot.) isti homini qui te continenter adorat [qui te adorare solet, cui religioni est rato tempore adorationem tui non intermittere[3]] sacrum lignum-manu-tenens, verbenam-manu-tenens, viscera-bovis manu-tenens, mortarium-manu-tenens, lotis manibus, lotis mortariis (instr. dual.), revinctam ad verbenam, sublatum ad haomam, recitatum ad Ahuna-vairim[4].

92 92. Hac religione absoluta propitii extiterunt (impf. m. a r. *var* c. præp. *fra*) Ahura-maṣdas[5],

[1] Vide ad 88.

[2] Von ferne her Preis verkündet. Spieg.

[3] Vide de *bâdha* ad 53.

[4] Brevis precatio, cujus Latina versio et explicatio v. IX, 2 exhibentur.

[5] Nach diesem Gesetze sind huldreich Ahuramazda der reine, Ascha-vahista, cet. Spieg.

pro- Bona Mens, pro- Integritas Optima, pro- Sancta Ârmaitis, pro- Universitas Immortalitasque[1] rerum [omnes hi propitii Mif̃ræ religionique a se prolatæ extitérunt, comprobando eam ipsosque se huic religioni quasi adsciscendo eamque, ut Maṣdaicam, prófitendo[2]]; pro- illi [sc. Mif̃ræ] Immortales Sancti e- desiderio -petios [propitios, addictos]-præstiterunt se religionis [e desiderio Maṣdaicæ religionis ab illo

[1] *Haurvata amĕrĕtâta* sunt ambo in numero duali.

[2] Locus hic affatim probare videtur canonicos, si fas est ita dicere, Mif̃ræ colendi ritus, jam aliorum yaṣatarum colendorum ritibus apud Airyas gentes usu consecratis, stabilitos fuisse, ad quod et superiores hujus yashti loci, ubi Mif̃ras de non colendo illo *aoľtônâmaṇa yaśna* queritur (54, 74) verisimillime respiciunt. Forsan et ipse hic yashtus ad instaurandum inaugurandumque Mif̃ræ, inter maṣdaicos Airyos, cultum descriptus fuit. Dixerim cultum hujus dei, qui cum aliis vedaicis numinibus longe ante Ṣaraf̃ustram inter Airyos vigebat, non omnino a propheta, qui notione *unius* Dei Creatoris et universi Domini utique populares suos imbuere statuit, primis novæ religionis initiis dejici potuisse, attamen pristino splendore suo fuisse privatum; quumque, labente tempore, Mif̃ræ adoratio, inter novæ religionis homines nihilominus semper vividiore zelo vigere perseverabat, Ahuricæ religionis antistites nil melius quam Mif̃ræ cultum Ahurico adjungere, ad scissiones evitandas, habebant, populumque ita satisfaciendo, hanc saltem remunerationem sibi ceperunt, quod novo huic Mif̃ræ quamvis magnificentissimas partes tribuentes, paremque adeo Ahuræ confitendo (1), ex antiquis illius dotibus nil pæne nisi nomen intactum reliquerunt. Quod ad Somæ Ignisque adorationem, hanc inde ferme ab ṣaraf̃ustricæ religionis initio novo cultui penitus accommodatam fuisse apparet. Quæ de recentiore in Airyos cultus Mif̃ræ ingressu disseruit Windischmannus, dum Mif̃ram apud Aryos antiquissimum numen fuisse constat, tum quod non e monotheismi commodo esset alios potentes deos adsciscere, quamvis maximi sunt ingenii et doctrinæ, mihi difficiliora persuasu videntur. Meam explicationem Mif̃ræ ad immortalitatem itineris vide in annotatione ad 124.

prolatæ][1]. Pro- illi Maṣdas amplissimus dominationem -obtulit (promovit, admovit, largitus est; impf. a r. *bar*) mundorum [in mundis, commodo et saluti istorum] qui te aspiciunt [pot.][2], o Mitra, inter animantia ab-Ahura-creata dominum principemque [ut dominum et principem, qui agnoscunt te dominum et principem] mundorum, sanctificatoremque istorum (*aêm*) animantium [quæ in mundis
93 ab Ahura creatis degunt] optimum. 93. At ambobus-in-mundis, ambobus nos [in] mundis protegas (*pâ*), o Mitra latis-pascuis, *nempe* istoque-in-mundo qui corporei [sc. qui corporei est animantis, in quo vivunt animantia corporibus prædita], quique mundus est ad-mentem-pertinens [in quo vivunt animantia incorporea, animæ], a malefica morte [protegas, defendas nos contra malam mortem], a malefico Aêsma, a maleficis catervis quæ sursum- horrificum vexillum -tenent (superattollunt, — impf. conj. a r. *garĕw*) Aêsmæ coram incursionibus (*draoman*), quas Aêsmas maleficus agitaverit (impf. conj. caus. a r.
94 *dra*) cum Vidâtu a-daêvis-procreato. 94. Tum [deinde] nobis tu, Mitra latis-pascuis, vigorem des jumentis [des, ut jumenta nostra vigeant], robur-ac-valetudi-

[1] Es wählen ihn die Amesha-çpenta aus Verlangen des Gesetzes, Spieg.

[2] Ihm bringe der wohlthätige Mazda die Meisterschaft der Lebendigen, welche dich sehen sollen unter den Geschöpfen als Herrn und Meister der Lebendigen, als besten Reiniger dieser Geschöpfe, Windischm. — Es bringt ihm Ahura-mazda, der wohl wirkende, die Herrschaft über die Welten, als den besten Reiniger unter diesen Geschöpfen, Spieg.

nem corporibus [nostris], amplam-oppressionem odio-in-nos-incensorum, cladem malevolentium, ultimum-exitium adversariorum, inimicorum, odio-in-nos-furentium [1].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo, Mifram cet.

95. Mifram lata pascua possidentem adorabimus, 95
veridicum, consociatorem cet., qui terræ latitudi-
nem-comprehendens [exæquans, — terræ in latitudi-
nem], emetitur-spatium (a r. *i*) post solis appropin-
quationem-institutam [ante diluculum] [2], demulcet-
que ambos terminos hujus terræ quod viis-instructæ
[quæ multis viis est instructa], globosæ, longis-ter-
minis [cujus termini longissime distant] [3]; omne id
occupat [4] Mifras quod inter terram cælumque [est,
—.sc. omne intervallum cæli et terræ], 96. clavam 96
manu tenens centum-nodis-præditam [nodosam
affatim], centum-aciebus-instructam [cui centum
sunt acies gladiorum acies æquantes], recta-ferien-
tem [ponderosam], viros-conquassantem, fulvo
(*sairi*) metallo [ære] circumclusam, solido, auri-
fulgore-splendente, firmissimum telorum, victorio-
sissimum telorum, 97. quo ab [a quo, sc. telo Mi- 97
fræ, quod —] contremiscit (*tarĕś*) Aṇrô-mainyus
affluens-morte, quo ab contremiscit Aêśmas mala-

[1] Conf. 11.

[2] *Paśca𝑑 hû frâśmôdâitîm* idem est quod supra (13) *paurvanaêmâd amĕśahê hû.* (Vide explicationem apud Justium.)

[3] Conf. vend. XIX, 14.

[4] Vide quæ ad 13 annotavi.

consilia-fovens, destruens-corpora, quo ab contre-
miscit Bûśyaṇśta longas-manus-habens [1], quo ab
contremiscunt omnes mente-percipiendi daêvi [dæ-
98 mones] quique Varĕnii [sunt] malefici. 98. Ne Mi-
ϑræ latis-pascuis-fruentis irati ictui obvii iverimus,
ne nos iratus feriat [pot.] Miϑras qui latis-pascuis
[est], qui validissimus yaṣatarum, qui promptissimus
yaṣatarum, qui strenuissimus yaṣatarum, qui celer-
rimus yaṣatarum, qui longe victoriosissimus yaṣata-
rum incedit (præs. conj. m. a r. *śtâ* c. præp. *fra*)
super hanc terram, Miϑras, qui latis-pascuis [est].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo, Mi-
ϑram cet.

99 99. Miϑram lata pascua possidentem adorabimus
veridicum, conciliatorem cet., quo ab [a quo] tre-
munt [quem timent] omnes mente-percipiendi daêvi,
quique Varĕnii [sunt] malefici. Protinus-vehitur re-
gionum dux Miϑras qui lata-pascua-habens [qui habet
l. p.] dextrum ad cornu hujus terræ quod viis-in-
structæ [quæ viis est instructa], globosæ, longis-ter-
100 minis [cujus termini longissime distant [2]]. 100. Dex-
tram illius ad partem [ad dextram illius] vehitur
qui bonus est Śraośas innocuus, sinistra (*vairyaśtâ-*
illius ex parte [ad sinistram] vehitur Raśnus;

[1] Conf. v. XIX, 4. Lepidum sane ἐπίθετον pigritiæ genii. *Bûśyaṇśta* menti, ut annotavi, suggerit sanscr. *bûtam*, attamen reperitur in Indicis fabulis allegoricæ nescio qua indolis muliercula, omnia in crastinum diem referens, eaque malum exitum nacta, cujus denominatio itidem a r. *bû* et cum flexione fut. est accepta.

[2] Conf. 95.

[3] Conf. significationem Græci vocabuli

omnes illius ad partem [partes, — omnibus ex partibus, undique circa illum] vehuntur [ferunt sese] quæ Salubres Aquæ, quæque Salubres Plantæ, quæque integrorum [hominum] Deæ-Geniales [sunt; sc. omnia quæ in terris sub specie salubrium aquarum, salubriumque plantarum videmus, Dearumque Genialium hæc, quæ integrorum hominum sunt][1].

101. Inter eos ille præpotens simul tenet sagittas 101
rectas-pennas-habentes[2] [quæ recta ad collineatum propositum tendunt, *οὐχ ἁμαρτάνουσι*, — tenet arcum paratum ad emittendas sagittas]. At quando huc pervenit ruens, ubi regiones [sunt] anti-Mit̔ræ [contrariæ Mit̔ræ, non profitentes illum, illi adversantes], *tum* ille primus [primum] clavam mittit (*ǵan*) equumque in virumque [inque equum et virum, — proprie : ferit, percutit clava —] : simul tremefactos [dual.] percellit (*tarĕś*) ambos, equos (dual.) virosque (dual).

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo, Mit̔ram cet.

[1] Conf. 66. Notio interior salubritatis, quæ hic cum vocibus *aquæ* et *plantæ* quamvis non expressa separatim, est tamen strictissime conjuncta syntactice, ex sequenti *aśaonaṇm, purorum, castorum, integrorum,* scilicet *hominum*, facile deducitur, quum enim et *fravaśayáo* talium hominum sunt *puræ, castæ, integræ, cet.* similis notio non potest non inesse et in præcedentibus unius verbi subjectis, æqualiter Mit̔ræ partes denotantibus. Res per se est clara, quod sub aquis et plantis, Mit̔ram sequentibus, intelliguntur *genii aquarum et plantarum,* ut ex. gr. Haomas est *herba* idemque *genius herbæ,* itidemque et *fravaśi, genius hominis,* sc. *animæ humanæ,* persæpe in religione Mazdaica pro ipsa anima hominis usurpatur.

[2] Conf. ad 39.

102 102. Miϑram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, conciliatorem cet., albos-equos-agentem, acuta-hasta-munitum, longa-hasta-munitum, celeribus-sagittis-instructum, prospicientem[1]
103 [perspicacem], virtutibus addictum, heroem, 103. quem defensorem tutoremque procreavit Ahura-maṣdas totius progressus [prosperitatis, *fravi*] universi [qui defensor tutorque est omnis prosperitatis universi][2], qui non-somno-connivens vigilantia [sua] protegit (*pâ*) [omnia] a Maṣda procreata (*Maṣdâo dâmâṇn*, proprie : Maṣdæ creaturas), qui non-connivendo vigilantia sua incolumia-præstat omnia a Maṣda procreata.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Miϑram cet.

104 104. Miϑram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, conciliatorem cet., cujus longa-equidem brachia protinus [ϖρόσω]-contendunt (occupant, *garĕw*) Miϑræ-potestate-vigentia; quicquid in orientali Hindo [est — sc. omne spatium, quod India, ad orientem spectans, occupat] occupat [ille], quicquid in occidentali Nigʿna, quicquid in-desertis [fluminis] Raṇhæ, quicquid ultimum [extremum, — *vîmaidʿîm* acc. s. a *vîmaidʿya*, est] hujus terræ.

[1] *Parôkĕvidʿĕm.* Ad illustrandum primum vocabuli membrum, Windischmannus Sanscr. *parôkśa* advocat; cum *kĕvidʿa* Justius confert Sanscr. *kôvida.* Vox ad radicem *śku*, vel *kavî*, non sine maximo scrupulo, quod virum doctissimum minime latet, referri potest.

[2] Des Fortgangs der ganzen Welt, Justius. Ceterum, *viśpayâo* et cum *fravôis* bene conjungi posse videtur cum significatione *omnis*, i. e. *uniuscujusque* prosperitatis universi.

105. Tu-quidem Mif̃ras occupaturus [occupando] 105
circum (περὶ)-extendas-prehendendo [ad prehendendum, — imperat. caus. a r. *ap*] brachia [tua] : impius interceptus (proprie : perditus a r. *naś*, — sentiens se perditum) a-justissimo contristatus fit [fiet, i. e. contristabitur] in-animo [despondebit animum, nullam spem amplius habebit nocendi]. Sic secum-reputat impius : non istud omne maleficium, non omnem fraudem, Mif̃ras perspicit ab-artificiis-abhorrens [nullis artificiis, nullis machinationibus studens, simplex, εὐήθης]. 106. At ego puto [persua- 106
sus sum] in-animo : non homo mundanus [vivens in hoc mundo sensibus obnoxio, terrestris] centies viribus-suis cogitat malas-cogitationes[1], quam Mif̃ras-equidem mente-percipiendus [cælestis] vi [cælesti] cogitat salutiferas cogitationes; non homo terrestris centies viribus loquitur (*mrû*) malefica-verba, quam Mif̃ras-equidem cælestis [cælesti] vi loquitur salutifera verba; non homo terrestris centies viribus perficit malefacta, quam Mif̃ras-quidem cælestis [cælesti] vi perficit pulchra-facinora [sensus : si homo centies fortior esset ad excogitanda, enuntianda perficiendaque mala, omnibus maleficiis suis non tamen ille æquaverit magnitudinem bonorum, quæ e Mif̃ræ cogitationibus, verbis et factis in humanitatem redundant]. 107. Non hominem terrestrem centies 107
major comitatur [etiam] divinus intellectus, quam Mif̃ram-equidem mente-percipiendum [cælestem] co-

[1] Nicht denkt ein irdischer Mensch hundertfach (locat.) mit Kraft (d. h. mit hundert Kräften) soviel übelgedachtes, Just.

mitatur cælestis intellectus [etiam sanctior inter homines sapientiaque, quantum hominis est, diviniore et perspicacitate pollens, si vel talis homo centies perspicatior factus esset, quam est, tamen non æquaverit sapientiam et perspicacitatem quæ est Mifræ dei]. Non homo terrestris centies vi auditu-percipit ambabus-auribus-suis [si centies tantum, i. e. centies multiplicata vi auditus, perciperet, quantum percipit —], quantum Mifras-equidem audiens [audiendo]-auribus-constitutus [cujus cælestes aures, æque ac oculi, indesinenter vigilant][1], mille-indoles-divinas-habens unumquemque cernit-et-denotat nocentem [alii]. Præpotens Mifras procedit (*štâ*), terribilis, vehitur [ille suo] dominatu; faustum impertit [ille] visum e longinquo lucidum [sc. perspicientem] oculis [in se conversis[2], i. e. non solum ipse est perspicax, sed et hominibus piis in se conversis suam perspicacitatem et suam sapientiam impertit].

108 108. Quis me adoret [*yaṣâitê*, conj. m. a r. *yaṣ*]? qui offendet (impf. conj. a r. *druǵ*, — cui offendere me est in animo?)? Qui justa-adoratione, qui perversa-adoratione me quidem veneratur[3] (*man*)

[1] Hörende Ohren habend, erhörend, Just.

[2] Kräftig geht vorwärts Mithra, gewaltig in Herrschaft fährt er dahin, schöne Sehkraft, von ferne leuchtende, giebt er den Augen, Sp.

[3] Wer mit gutem Opfer, wer mit schlechtem Opfer wird mich als einen Yazata achten (als solchen anrufen)? Windischm. — Wer wird mit gutem Opfer, wer mit schlechtem, mich als einen Yazata achten? Spieg. Nil simplicius puto quam in voce *manyêtê*, quæ eadem 108 *mainyêtê* apud Westergaardium sonat, significationem sanscr. *man* primæ et decimæ conj. hic accipere, cujus rei ratio quum alio

yaṣatam? Cui majestatem (plur. acc. a r. *râi*) auctoritatemque, cui corporis firmam-valetudinem ego largiar præpotens? Cui rem-familiarem abundantem-splendore [splendidam, nitidam] ego largiar præpotens? Cui divinam progeniem animo-libenti fortunando-largiar (r. *barĕġ*, — quem imprimis fortunabo eximia prole?)? 109. Cui ego magnarum- 109
virium auctoritatem, splendore-instructam[1], multis-catervis-innixam, nec opinante [illo] mente [sua] largiar, optimam, inimici (*śâtar*) uniuscujusque-æqualis-potestate [æqua cum illo potentia fruentis, æqualis sibi potestate] caput confringenti, præpotenti, ferienti, non-ictibus-obnoxio[2] [ut æquales sibi inimicos pessumdet præpotens, semperque feriat, non feriatur], *ille*, qui præest [pro : præsum, — (præs. caus. a r. *śtâ* c. præp. *ni*) exsecutioni pœnarum [in nocentes][3]. Statim hæc [sc. pœna] imperata ad-effectum-adducitur (fit, r. *kar*), si indignabundus imperat [hanc infligendam nocenti] : læsi-nempe [Mifræ, qui læsus esset hoc vel alio malo facinore auctoris culpæ], non-placati, o Mifra[4], [pœna

exemplo similis significationis radicis *man* (139), tum derivativo illius *mainya* (137, 138) confirmatur.

[1] Glänzend gerüstete, Spiegelio et Justio interpretibus.

[2] *Aurvahê vanatô a-vanĕmnahê*, sunt genitivi, ut sæpe, sensu dat., referunturque una cum *kahmâi* ad verbum *paitidatâni*. *Avanĕmnahê*, interpretante Spiegelio : der nicht gebeugt wird (*nam?*).

[3] Welcher befiehlt für die Ausführung die Strafe, Spieg. wer die Strafe zur Vollziehung bestimmt, Just. Mifras videtur hic objective in 3ª persona de se ipso loqui. (Confer personæ permutationis exemplum in yt. XXII, 12 et alibi.)

[4] Notetur denuo hic et usque ad capitis finem personarum inversio.

nocentium] cor lætitia-perfundit dignam-placationem
ad Mit̔ræ [ad convenientem placationem Mit̔ræ, i. e.
usque placetur Mit̔ras; deus scilicet non placatur,
110 nisi punitis maleficis]. 110. Cui pestemque, mor-
temque, cui paupertatem, infortunium, ego largiar
præpotens? Cui divinam-quamlibet prolem cum
plaga [plagis, animadversione afficiens parentes] oc-
111 cidam? 111. Cui ego præpotentem auctoritatem,
splendore-instructam, multis-catervis-hominum-
innixam, nec-opinante [illo] mente, adimam, opti-
mam, *illi* hostis-cujuscunque æqualem-cum [eo]-
potestatem-habentis caput confringenti, prævalenti,
non-ictibus-hucusque-obnoxio[1], qui instituit [ego
qui-institui] exsequendo [ad exsequendum] pœnam
[qui institui poenam sumendam de noxio]? Statim
hæc [poena] instituta [imperata] ad-effectum-perdu-
citur [fit], si iratus instituit [illam]: placidi [alioquin]-
quidem, mitissimi [proprie: non læsi, placidi, dum
læsus non sit, Mit̔ræ, i. e. tui], o Mit̔ra, animum con-
turbat [hæc pœna] non-placationem ad Mit̔ræ [sc. ne
placetur Mit̔ras, quamvis idem in bonos mitissimus,
poenas qui atroces ab impiis in se hominibus exigit][2].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc.
ador. Mit̔ram cet.

112 112. Mit̔ram lata pascua possidentem adorabi-
mus, veridicum, conciliatorem cet., argentea-cas-

[1] Conf. annot. ad 109. Der da schlägt die Köpfe der Feinde, kräftig ist, schlägt ohne gebeugt zu werden, Spieg. Conf. 109.

[2] Conf. 109. In impium, qui ipse dei iram provocaverit, Mit̔ras aliquantum severior videtur esse, quam in hunc, quem, ferens opem

side-instructum, aurea-lorica, pugione-trucidantem, præpotentem, validum, vicorum-dominum, heroem. Manifestæ Mifræ viæ sunt, qui hanc [sc. puram] regionem adit (*ćar*), ut, rite exceptus, faciat [ibi] convalles dehiscentes pascuum [mutet in fertilia pascua[1]; sensus in universum : quæ regiones Mifram rite adorant, ibi manifesta sunt vestigia dei propitii hominibus, ibi dominatur læta felicitas, ibi profundæ, aquosæ, convalles mutantur in fertilia
pascua]; 113. at [porroque] suos pecora-viros[que] 113
pro-voluntate-sua-dirigens [in ditione amplissimæ potestatis suæ, idemque benevolentissimus in suos] graditur ille. Proinde [τὸ] nos adveniat saluti Mifras [et] Ahuras excelsi[2], quum claram tollat mucro vo-

oppresso innocenti homini, punierit. — Quum, quid sibi vult mutatio attributorum Mifræ, nec non verbalis objecti, tum et ipsius verbi, quod utrobique hic sibi oppositum sensum habeat (109 *râmayêiti*, hic *yaoṣayêiti*), difficile est, quamquam ad peculiarem opinionem meam utrosque locos interpretatus sum, statuere, postquam de improbis utique hominibus hic et illic agitur, — Spiegelii versionem utriusque loci apponere placet, qui in secundo loco voci *yaoṣayêiti* significationem radicis *yuǵ* tribuit.

109. Welcher befiehlt für die Ausführung die Strafe. Schnell wird diese, wenn anbefohlen, vollzogen, wenn sie der Zürnende anbefiehlt für den beleidigten, nicht zufriedenen, er macht Vergnügen dem Geiste des Mithra, zur Wohlbefriedigung des Mithra.

111. Welcher befiehlt eine Strafe, da tritt diese schnell ein, nachdem sie befohlen ist. Wenn der Zürnende sie für den nicht beleidigten, zufriedenen Mithra befiehlt, da vereinigt sich das Gemüth des Mithra mit Unzufriedenheit.

[1] Wenn er zur Gegend kommt wo er wohl die tiefen Ebenen zu Triften macht, Spieg.

[2] *Ǵamyâḍ Mifra Ahura bĕrĕṣanta.* Notetur constructio subjecti in duali numero cum prædicato in num. sing.

cem, equorumque nares fremant, tela stridant, nervi-arcus sonare-faciant (impf. conj. a r. *vaf*) acutas sagittas[1] (*tigʿrâoṇhô aśtayô,* ab *aśti,* —nom. pro acc.). Tum filii iniqua-sacrificia-afferentium occisi co-
114 acervantur capillis-tracti[2]; 114. tum [deinde] nobis tu, Mifra latis pascuis, vigorem des jumentis, robur ac valetudinem corporibus nostris, amplam oppressionem odio in nos incensorum, cladem malevolentium, ultimum exitium adversariorum, inimicorum, odio in nos furentium[3].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mifram cet.

115 115. Mifram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, conciliatorem, mille auribus præditum, formosum, decem mille oculos habentem, procerum, late patentibus speculis abundantem, fortem, exsomnem, vigilem. O Mifra lata pascua possidens, familiaris magister [familiarum, domuum magister], vicane, pagane, regionalis [magister],

[1] Wenn die Sehnen schwirren mit scharfen Pfeilen, Spieg. wenn die Sehnen schwirren an die scharfen knöchernen Pfeile (oder vielleicht an die scharfen Daumenschützer von Horn, die Angulitra?), Just.

[2] Dann werden die Sprösslinge schlechter Opferer getödtet aufgeschichtet an den Haaren, Spiegelius, in annotatione adjiciens: Diese letzten Worte könnten sich vielleicht auf die alte Sitte beziehen, die Köpfe der Erschlagenen aufzuschichten. — Justius : *paithyâoñti,* füllen an, liegen in Fülle da, werden aufgeschichtet; *jata pâithyâoñti frâvareça,* erschlagen werden sie aufgerichtet an den Haaren. Certam explicationem vocabulo *frâvarĕśa* dare vir clarissimus hæret (an den Haaren zusammengebunden?).

[3] Conf. 11 et 94.

Ṣarafustræ-cultus [religionis]-observantissime [utpote cujus religio, Airyis credentibus, unice est vera, deumque, quem unum et genii et homines adorant, professa][1]. 116. Vicies est [vicies sese multiplicat] 116
Mifras inter amicos (*hakĭi*) humeris-[inter se]-innixos [inter homines qui amicitiæ vinculo inter se sunt conjuncti seque invicem quasi humeris suis sustinent][2], tricies inter laborantesque [qui non solum sibi ipsi sunt utiles, sed labore suo etiam commune bonum promovent], quadragies inter contubernales[3], quinquagies inter rite-sacrificantes, sexagies inter discentes[4], septuagies inter sacram-doctrinam-edoctos[5] [ejusdemque-doctores], octuagies inter generos-[et]-socros, nonagies inter fratres, 117. centies 117
inter patrem filiumque, millies inter regiones [vinculo amicitiæ videlicet et religionis maṣdayaśnicæ conjunctas], decies millies est [se multiplicat Mifras,

[1] Spiegelius: Oberpriester! Explicante Justio, *ṣarafustrôtĕma*, adj. den hohen Priester beschützend, ihm angehörig.

[2] Zwanzigfältig ist Mithra zwischen Freunden, d. h. durch zwanzigfältige Bande vereint er sie, Just. eodem explicante, *śuptidarĕnga* est: Schultermagen, Geschwisterkinder. Windischmannus: Zwanzigfach ist der Mithra zwischen Freunden, Schultermagen; Spiegelius: zwanzigfach ist Mithra unter den Freunden durch Festigkeit.

[3] Vierzigfach ist Mithra unter Hausgenossen, Just. vierzigfach unter denen die in den Hürden wohnen, Sp.

[4] Sechzigfach zwischen Mitschülern (Opfergenossen?), Wind. sechzigfach unter den Schülern, Spieg.

[5] *Aêthrapaiti*, Herr der Lehre, Lehrer, der an Rang geringste der Priesterschaft, Just. Spiegeliana Airyanæ hierarchiæ explanatio (Av. übers. II, xv) referri, quod ad hunc locum, debet, ut videtur, ad posterius ævum.

adest auxilio decies millies multiplicatus, homini], qui religioni Maṣdam-colenti (*daênayâo maṣdayaśnôis*), [genn. commodi] sese astringit [qui accingit sẹ ad defendendam religionem]; fortis, [dum] convenerint (impf. conj. a r. *i*), inde fit (præs. conj. a r. *ah*) victoriæ [fit fortis victoriæ, i. e. vincit inde fortiter omnes maṣdayaśnicæ religionis inimicos].

118 118. Inclinatione deorsum-posita adveniam (imper. r. *ǵaś* c. præp. *â*) te sursum-positaque [i. e. adveniam te, o Mifra, sc. precabor te utraque meæ precationis parte, nempe, quum inclinando me deorsum ad terram, tum ad cælum vultus meos erigendo]. Sicut iste Sol lucidus trans Montem excelsum (*haraṇm bĕrĕṣaitîm*) pro-que-cedit (procedit, — r. *i* c. præp. *fra*) porroque vehitur, ita ego-quidem, o Sanctissime[1], adoratione [mea] deorsum-posita [te]

[1] *Śpitama* hic evidenter non ad Ṣarafustram, sed ad Mifram, qui nequaquam *śpitamides* fuit, refertur, explicationemque hujus vocis patronymicam, quam traditio, quæ adeo śpitamidas invenerit, suadet, non omnino esse veram demonstrat. Discrimen inter duos superlativos, *śpitama* et *śpĕnista*, hoc esse posuerim, quod *śpitama* directe a simpliciore radice *śpi* procedens, vi suffixi sui (*ta*), quod est partic. pass., innuere mihi videtur *sanctitatem* personæ, quam designat, *partam et acquisitam* esse, ideoque, ut attributum hominum ferme (ut Ṣarafustræ, Fras'aostræ) libris Airyicis usurpatur, dum *śpĕnista* ampliorem rad. habens (*śpĕn*, *śpan*) denominativum (ut et ipsa rarissime sub verbi forma occurrens radix *śpan*; conf. *śpânaṇh*) mihi esse proprieque *in se* vel *per se maxima sanctitate gaudentem* significare videtur. Etymologiam amborum superlativorum etiam usu comprobari puto, *śpitama* semper ferme Sendavestæ libris ad homines, ut dixi, et creaturas summi numinis (quarum unam esse ipsum Mifram yashtus prædicat) se referente, *śpĕnista* vero nisi ad summum numen Ignemque, qui filius ejus hisce in libris nuncupatur, utque in omnibus fere antiquissimis religionibus, *puritatis*,

adveniam, sursum posita[que], transque Aṇrô-mainyu malefici libidines *transiliam* [1] [Sensus in universum : sicut sol ab humo tollitur longeque post se relinquit montes, supra quos transiit, sic et ego me ab humo, ubi te adorans prosternor, elevando et pie, postquam erectus sim, ad cælum convertendo, transeam omnes libidines malefici spiritus mihi inhiantis, meque intactum iis, integerrimum moribus et religione cultus tui præstem].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mitram cet.

119. Mitram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, conciliatorem, mille auribus præditum, formosum, decem mille oculos habentem, procerum, late patentibus speculis abundantem, fortem, exsomnem, vigilem. — Mitræ sacrifices (pot. a r. *yaṣ*), o sanctissime [Ṣaratustra], prædices (pot. a r. *mrû*) tironibus [2] [jube tirones, ut sacrificent, eosque rite sacris faciendis institue. Verba sunt Ahuræ-maṣdæ]. Sacrificanto [caus. impf.] tibi (*proprie :* te), o Mitra, Maṣdam-colentes-homines binas-pecudes [proprie : binis pecudibus], bina-jumenta [3], binas-aves (*vi*) alatas, qui alites feruntur (per aera, 119

justitiæ cet. visibilis est imago. Conf. aliud ejusdem amplioris rad. adj. *ṡpĕn-ta,* quod itidem nisi ad summum numen ejusque qualitatum personificationes (vide quæ de Amshaspandis in præf. notavi) et ad Ârmaitîm (rerum naturam) Ṣendavestæ refertur.

[1] Notio *transeundi, transiliendi, movendi sese* hic e præcedenti verbo *ágaśáni,* per attractionem, est supplenda.

[2] *Aêtrya,* Schüler, der die heiligen Bücher versteht, Justi.

[3] Vide vend. II, 8.

120 — conj. a r. *vaṣ* c. præp. *fra*). 120. Mit̔ras omnino (vîśpĕm) Maṣdam-colentium-hominum quorum integrorum [attract. pro : qui integri sunt] fautorque auctorque [est. Mit̔ras homines Maṣdam colentes promovet omnibusque, quibus illis est opus perficiendis, studet], Haomas[que] Mit̔ræ conjunctus [itidem est fautor proborum hominum auctorque rebus illorum peragendis], rite nunciatus, prænunciatus [ad sacra Mit̔ræ], quos sacerdotes prænunciant (præs. conj. a r. *vid*), proque-sacrificant [conj. — prænunciant sacra Mit̔ræ facienda eaque rite perficiunt. Sensus : Mit̔ras et Haomas propitii fiunt hominibus, si tempus sacris Mit̔ræ, quibus Haomas omnino adest, exsequendis rite constituitur promulgaturque, si sacerdotes eorum his suo promulgandis tempore dant operam riteque perficiendis]. Vir integer a-purificatis sacrificiis comedat licet[1] (impf. conj. a r. *q̔ar* c. præp. *fra*, — sacrificia afferre sacerdoti nisi integrum hominem fas est, quumque a tali sint allata, non aliter participem sacrificiorum fieri, i. e. ea gustare, quam postquam hæc a sacerdote purificata, sc. rite adornata fuerint], qui [vir integer] operam-dederit-faciendo [ita, *kĕrĕnavâḍ*, conj.), [hic] cui [ille] affert-sacrificium [nempe] Mit̔ras cui [sunt] lata-pascua, placatus [illi] [afferenti

[1] Justius, sub *ĕrĕ̔dwan :* Mithra ist aller (*vîśpe*) Masdayaçnas Förderer und Bewirker, sub *kĕrĕ̔twan :* Mithra ist überall Erheber und Bewirker der Mazdaverehrer, sub *ya :* Mithra (ist der Erheber), der Hom ist angekündigt, welchen (neutr. weil beide als Dinge aufgefasst werden, welche der Priester verkündet?) die Priester verkünden sollen.

sacrificium] illæsus[que mitisque ut] sit (*hyâd*, pot. a r. *ah;* accusativi. *Mif̃ram yim vourug.* pendent a verbo *yaṣaitê*).

121. Ad- illum [sc. Ahuram]-interrogavit [προσηρώτα] Ṣarafustras: Quomodo, o Ahura-maṣda, homo integer a-purificatis sacrificiis gustaverit, qui faciat [conj. — operam dando ita —], cui [ille] affert-sacrificium, [nempe] Mif̃ras cui-[sunt]-lata-pascua, [hic] [sc. Mif̃ras] placatus illæsus[que ut] sit[1]. 122. At dixit Ahura-maṣdas: Tres dies, tres noctes corpus [suum] lavanto (impf. a r. *snâ* c. præp. *fra.* Homines, qui gustatu sacrificiorum dignos se præstare velint, triduum lavantor, horis videlicet ad similem lavationem a legibus sacris constitutis), triginta apportationes [sibi] exoptanto (impf. m. r. *kâ* c. præp. *pairi*) Mif̃ræ latis-pascuis venerationique glorificationique [apportanto ad sacrarium Mif̃ræ triginta, pro sua voluntate, ipsis curantibus occisa noxia, ut quæ ab Aṇrômainyu procreata sint, animalia ad glorificationem Mif̃ræ pietatemque in illum exprimendam]; duos-[ve]-dies, duas-noctes corpus [suum] lavanto, viginti[que] apportationes [sibi] exoptanto Mif̃ræ latis-pascuis venerationique glorificationique. Ne (præterea) quis mihi ab-istis (*aêm*) sacrificiis gusta-

[1] Es möge der reine Mann von den reinsten Gaben essen; wenn er es thut, wenn er opfert dem Mithra, mit weiten Triften, da ist dieser zufrieden, nicht beleidigt.

Es fragte ihn Zarathustra: «Wie, o Ahura-mazda, soll der reine Mann von den gereinigten Gaben essen (durch welche), wer es thut, wenn er opfert dem Mithra, mit weiten Triften, dieser zufrieden ist, nicht beleidigt?» Spieg.

verit (*qar*) qui (*yâ*, nom. plur. neutr. collective, construiturque cum voce *âmâtô*) non cantus sacrificales edoctus (sit, — a r. *mâ*, c. præp. *â*): omnes dominos [qui non edoctus sit omnes dominos, i. e. cantus, in quibus omnes domini celebrantur [1]].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mifram cet.

123 123. Mifram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, conciliatorem cet., cui sacrificabat Ahura-masdas splendentem ad Venerationis
124 domum (*Garô nmânĕm*). 124. Sursum porrectis brachiis ad Immortalitatem [2] fertur Mifras qui lata-pascua-possidens [possidet] a splendido Venerationis-domo curru pulchro, strenue-vehenti (partic.

[1] *Vîspê ratavô* est appositio ad voces *ŝtaotananm yêŝnyananm*, illis explanandis adhibita, quamvis alio casu, utpote quæ a facile subintelligendo participio accusativum regente pendere potest.

[2] *Ad Immortalitatem fertur*, mea opinione, idem est ac *pergit se, ut deus, gerendo*, scilicet coercendo improbos, omniaque victoriæ suæ gloria implendo, qualis Mifræ gressio jam abunde, partim sub aliis imaginibus, partim simillimis, quamvis non tam copiosis verbis [ut 67-72] descripta est, hicque, postquam ad evolvendam singillatim Mifræ magnitudinem yashtus processerit, nil nisi vividioris ἐμφάσεως expressio hæc usurpata videtur, siquidem in ipso jam yashti initio, si æqualis Ahuræ-masdæ Mifras, idemque et immortalis, ut ipse Ahuramasdas, prædicatur (nisi hæc prædicatio, quasi aliquod exordium, innuens futura, accipienda est) neque causam idoneam video ex his verbis, Mifram primum creatum, post vero immortalitate dotatum fuisse, ut Windischmannus vult, assumendi. Ceterum, ut Mifram sacerdotem sibi ab Ahura constitutum [89-93], hicque ipsum Ahuram sacerdotis Mifræ partes assumentem, descripserit yashtus, certe gradationis maximorum honorum, in istis Mifræ ab Ahura impertiendis, ratio forsan est aliqua habenda.

perf. a r. *vaṣ*), æqualiter-forti [in omnibus partibus suis cum firmitate æquali constructo], omniformi[1], aureo. 125. Hic ad-currum [ad hunc currum juncti] 125
vehunt [Miϑram, — conj.] quatuor fortes-equi, albi, unicolores, cælesti-cibo-vescentes, immortales. Hi [equi, — horum] anteriores ungulæ[2] aureæ circumclusæ [sunt, habent anteriores ungulas auro inductas]; at illius [quadrigæ] posteriores [ungulæ] argenteæ circumclusæ [sunt, circumclusæ sunt argento]; at hi omnes [quatuor equi] juncti [sunt, *yuǵ*] ad-communem temonemque [ad temonem communem omnibus quatuor equis, ad unum temonem], jugumque, medium-jugumque [ubi ambæ jugi partes corrigiis religantur], scisso [duplice] bene-fabricato loris (ad lora, loc. a voce *upairiśpaiti*) retinaculo vinctum [metallo] k̇śaϑri vairi (ad temonem, cujus duplex affabre factum, metallo k̇śătrivairi confectum, retinaculum alligatur loris equos amplectentibus; *k̇śaϑri vairi* est acc. instrumenti).
126. Dextrum illius in-parte[3] [a dextra illius] fer- 126
tur Raśnus (raśnvô, voc. pro nom.), justissimus, sanctissimus, maxime-procerus, at illius [sua] læva[4] [a sinistra] parte [loc.] vehit ille [Miϑras, — vehit, i. e. habet ad sinistram partem] Justissimam Sapien-

[1] Explicante Justio : ganz geschmückt.

[2] *Tê* pro nominativo accipio ratione simili ut y. XXVIII, 9 : *yuṣ'ĕm k̇śaϑrĕm*, vos potestas, i. e. VESTRI (penes vos) est potestas.

[3] *Daśinĕm*, proprie : dextrum, accusativus determinativus, pro : *dextra* adverbialiter; *arĕd'ê*, in parte, quod attinet unam partem Miϑræ : — dextrum, τὸ δεξιόν, in parte = a dextra parte.

[4] *Hâvôya*, instrumentalis itidem determinativus.

tiam, ferentem-sacrificia, integram: candidis vestibus vestita est [impf. conj.] [illa, ipsaque] candida, Religionis Maṣdam-colentis simulacrum.
127 127. Juxtavehebatur etiam forte divinæ-Intelligentiæ Simulacrum [sub] suis specie verris (*hû kĕhrpa varâṣahê*, legente Justio[1]) ex adverso ruentis, acutis dentibus, maris, acutis ungulis, semel-ferientis verris, pinguis, irati, madidi, robusti, prompti, hinc inde ruentis[2]. Præter-ea [præter id, præter hunc comitatum] ruebat Ignis, qui incensus (*śać*), terribilis qui [est] Regia Majestas [incensus Ignis, qui idem est ac Regia Majestas, sc. Regiam Majestatem referens[3]].
128 128. Præsto est hoc (*ava*) ad currus [hoc ad currus = hunc ad currum, sc. talem ad currum, ad hujusmodi currum] Mitræ latis-pascuis mille arcuum ossis [ex osse] cum-bovis-intestini nervoso nervo, affabre-factorum [mille ossei arcus,

[1] Conf. 70.

[2] Conf. 70, ubi genius Victoriæ iisdem fermc verbis describitur, Sapientiæque Simulacrum hic aut genii Victoriæ partes gerere, aut pro hoc, scribarum incuria substitutum esse videtur.

[3] Notatu dignum Regiam Majestatem, quæ generaliter raro in Ṣendavestæ libris, quamquam peculiarem suo honori consecratum yashtum (XIX) exhibet, occurrit, hic adeo antiquissimi Airyorum cultus dei, Ignis puto, partes assumit, quæ pro serioris ævi additamentis, quum jam Persarum monarchia stabilita fuerit, facile est accipere, præsertim, si animum intendas in libris hisce tam sæpe domuum, pagorum, regionum moderatorum (*nmânôpaiti, viśpaiti, daṇhupatayô*), proprie vero regum (*kavan, kavi*) mentionem σπανιώτατα fieri, quod non esset, si Airyæ cis-Himalaicæ gentes, Ṣaraṫustricæ religionis prima conformatione, hominis unius, ut postea Cyri, dominio subjectæ fuissent. (Conf. 14, ubi expresse adeo Airyorum terræ sub *ducum*, non regis, ditione esse prædicantur.)

affabre facti cum nervis è lento fortique intestinorum bovinorum nervo concinnatis] : menti obtemperantes[1] feruntur [hi arcus], menti-obtemperantes cadunt capiti super (super caput, capita, incidunt capitibus, — *kamĕrĕdʿê* loc. sing.) daêvorum [menti obtemperantes = cum rapiditate mentis, cogitationis. Sensus : occidunt daêvos, simul ac de occidendis his arcuum suorum ope Mitʿras cogitaverit].
129. Præsto sunt ad-hunc currum Mitʿræ latis pas- 129
cuis mille sagittæ, milvi-pennis-instructæ, aureis-spiculis, corneis-lignis (*śrvîśti*), osse [et] ferreis uncis affabre-facti [quæ affabre circumclusæ sunt osse ferreisque uncis sunt instructæ] : menti-obtemperantes feruntur [hæ sagittæ], menti-obtemperantes decidunt capita super daêvorum. 130. Præsto sunt ad 130
id currus [ad hunc currum] Mitʿræ latis pascuis mille hastæ, ligna-cædentium-securium-qualitate-præditæ, affabre-factæ : menti-obtemperantes feruntur, menti-obtemperantes cadunt capita super daêvorum. Præsto sunt ad-hunc currum Mitʿræ latis pascuis mille disci, aurei, undique (ἀμφίς) acuti[2], affabre-confecti : menti-obtemperantes feruntur, menti-obtemperantes cadunt capita super daêvorum.
131. Præsto sunt ad istum currum Mitʿræ latis pascuis 131
mille enses, bipennes, affabre-facti : menti-obtemperantes feruntur. menti-obtemperantes cadunt illi

[1] Conf. 68. — Himmlischem Willen gehorchend, Just. geisterstark, Windischm. mit himmlischem Willen, Spieg.

[2] Doppelt geschärft, Just. zweigeschärft, Windischm. zweischneidiger. Spieg.

capiti [super] daêvorum. Præsto sunt ad hunc currum Mif̂ræ latis pascuis mille clavæ, ferreæ, affabre-factæ : menti-obtemperantes feruntur [illæ], menti-obtemperantes decidunt capita super daêvorum.

132 132. Præsto est ad-istum currum Mif̂ræ latis pascuis clava [cum flexione gen. neutr.] eximia, affabre-procusa [1], centum-nodis, centum-aciebus-prædita, graviter-feriens, hominem-contundens, fulvo metallo circumclusa, forti, aurato, fortissimum telorum, victoriosissimum telorum [2]. Menti obtemperantia [omnia hæc arma Mif̂ræ] ruunt, menti obtemperantia decidunt capita super daêvorum.

133 133. Post occisionem daêvorum, post disperditionem Mif̂ram-violantium hominum [occisione daêvorum maleficorumque hominum perpetrata, occisis et disturbatis daêvis maleficisque hominibus], porro-vehitur Mif̂ras qui latis-pascuis [est, qui habet l. p.] trans Arĕṣahi, Śavahi, trans Fradaďafśu, Vîdaďafśu, trans Vourubarĕsti, Vourugarĕsti, trans istud karśvare quod 'Qaniraf̂e [quod appellatur 'Qaniraf̂e]

134 lucidum [3]. 134. Ad- continenter-contremiscit Anrô-mainyus plenus-morte (partic. *avi* refertur ad *fratĕrĕśaiti* : contremiscit ad præsentiam Mif̂ræ), ad-continenter -contremiscit Aêśmas mala-excogitans,

[1] *Huniviḱta*, interpretante Justio : gutherabgeschlagen (r. *viǵ*), fallen machen, trennen (apud eundem). Spieg. 40 : wohlangewandten, quod et mihi arridet (conf. yt. VI, 5), idemque 132 : die mächtige. Windischm. ambobus in locis : die wohlbeschlagenen, die wohlbeschlagene. (De eadem clava conf. 96.)

[2] Conf. 96 et 40.

[3] Vide ad 15.

flagitiosum-corpus habens [habens pro corpore omne flagitium, in flagitiis degens, flagitiis obrutus]; ad-continenter -contremiscit Bûsyaṇśta longimana; ad-continenter -contremiscunt omnes intellectu-percipiendi daêvi, quique Varĕnii [sunt], malefici[1].
135. Ne Mitfræ latis-pascuis irati ictui obvii iveri- 135
mus, ne nos iratus feriat [pot.] Mitfras qui latis pascuis [est], qui validissimus yaṣatarum, qui promptissimus yaṣatarum, qui strenuissimus yaṣatarum, qui celerrimus yaṣatarum, qui longe victoriosissimus yaṣatarum incedit super hanc terram, Mitfras, qui latis pascuis [est[2]].

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mitfram cet.

136. Mitfram lata pascua possidentem adorabi- 136
mus, veridicum, conciliatorem cet., cui albi rapidi-equi juncti curru [ad currum] strenue-agunt [præs. conj.] cum-una rota aurea [juncti sc. ad currum una aurea rota instructum], radiique [hujus rotæ] omnes splendidi [sunt, ex omni parte splen-
dent[3]]. 137. Si illi sacrificalia-dona affert [quis] in 137
ejus domicilium [si quis affert donum in sacellum Mitfræ], prosperitas isti homini venerabundo[4] [prosperum felicemque hunc virum], sic dixit Ahuramaṣdas, o innocue Ṣarafustra, cui [si huic homini]

[1] Conf. 97.
[2] Eadem verba repetuntur 98.
[3] (An welchem Wagen) ganz glänzende Radspeichen sind, Just. (Conf. 67.)
[4] Vide ad 139.

sacerdos integer [hujus] mundi [sacerdos, qui integrum sese in hoc mundo, sc. inter homines, præstitit], pius, pro-corpore-sacram-doctrinam-habens [in sacra doctrina degens, illi penitus deditus[1]], revinctam ad verbenam [ad fasciculos verbenæ], Mitfræ cum-advocatione offert [felix, cujus donum rite a pio sacerdote offertur Mitfræ] : directe (*raṣ*) isti homini venerabundo[2] Mitfras domicilium adit [ad talis hominis domicilium recta pergit Mitfras, sc. semper est
138 intentus ad opem illi ferendam]. 138. Si illum [Mitfram] de aliquo bono (*yâna*) ad-sit [precatus sit, nempe vir offerens Mitfræ sacrificalia dona per sacerdotem pium], verbum-quidem secundum [secundum desiderium illius fit] precanti, verbum-quidem secundum [fit huic] venerabundo[3]. Væ [autem] isti homini venerabundo—sic dixit Ahura-maṣdas—o innocue Ṣarafustra, cui sacerdos haud-integer, non-corpus-sacram-doctrinam-habens [non penitus sacræ doctrinæ traditus], post verbenas procedit (perf. a r. *śtâ* c. præp. *fra*), plenam[que copiosam, multam quamvis] verbenam revinciens [partic. præs. m.] longumque sacrificale officium sacerdotali-munere peragens [quamvis multas verbenas in fasciculos revinxerit, multumque tempus peragendis sacrifica-

[1] Im heiligen Wort lebender Priester, Windischm. dessen Leib der Manthra ist, Spieg. einer dessen Leib der Manthra ist, der im heiligen Worte lebt, Justi.

[2] Vide ad 139.

[3] So geschieht nach dem Worte für den Lober, nach dem Worte für den Anrufenden, Spieg. so geschieht nach seinem Lob dem Anrufenden, Windischm.

libus ritibus impenderit[1]. 139. Non placatum-curat (præs. caus. a r. *k'šnu*] Ahuram-masdam, non alios Immortales Sanctos, non Mitram quem [nempe] lata-pascua-possidentem [Mitram quem possidentem = M. qui possidens est, i. e. possidet[2]], malus hic sacrificator], qui, [sive desipientia, sive negligentia sacrificiorum rite peragendorum] Masdam non-recte [non secundum a Saratustra vel a Saratustricis discipulis præscriptos ritus] veneratur (*manyêtê*), non-recte alios Immortales Sanctos, non-recte Mitram quem latis-pascuis-fruentem [qui fruitur l. p.], non-recte Legemque [divinam], Rašnumque, Arstâtemque promoventem-vitam [quæ omnia, quæ in vita humana sunt necessaria promovet, provenire facit], augentem-vitam [sc. bona vitæ, — quæ omnia, quæ ad felicem vitam spectant, augescere, crescere facit[3]]. 139

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mitram cet.

[1] Reprehenduntur sacerdotes, qui debitos, jamque, ut liquet, hujus partis yashti tempore descriptos et consecratos ritus colendo Mitræ negligunt. Sacrificia sunt perdita, quæ offeruntur per manus talium sacerdotum.

[2] In acc. *yim* notetur attractio. Græce, quod ad constructionis sensum, esset: *οὐδὲ τὸν Μίτραν τὸν εὐρύπεδον.*

[3] Nicht begütigt er den Ahura-Mazda, nicht die andern Ameša-Çpenta's, nicht Mithra den weitflurigen. Der den Mazda gering schätzt, gering cet. Windischm. dieser stellt weder den Ahura-Mazda noch die andern Amesha-çpenta zufrieden, nicht den Mithra, der weite Triften besitzt: wer gegen den Ahura-Mazda hochmüthig ist, hochmüthig gegen cet. Spieg. Mea explicatio locutionis *tarô manyêtê* innititur quum significationi radicis *man*, venerari, in adj. *mainya* (137, 138) a nemine contestata, tum orationis contextui, denique ipsius verbi radicis *man* significationi, quam in 108 tuetur.

140 140. Mifram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, conciliatorem, mille-auribus-præditum, formosum, decem mille oculos habentem, procerum, late patentibus speculis abundantem, fortem, exsomnem, vigilem. Usque-venerabor [conj.] Mifram, sanctissime [verba Ahuræ-Maṣdæ], in-bono strenuum [strenuum in omnibus quibus pulchra et bona peraguntur], mente-percipiendum, principem yaṣatarum, indole-sua-ignoscentem [cui ratio delictorum condonandorum, si quem illorum pœnitet, propria et quasi innata est[1]], abhorrentem-a-falso, in-excelsa-habitatione-degentem, fortem,
141 strenuum militem. 141. Victoriosus, armis instructus [ille est] bene-fabricatis: [illum mecum adora] tenebris-coram vigilem [quem nullæ tenebræ sopire, nullæ deprehendere queunt], non-fallendum[2]. Potentium [ille] est potentissimus, strenuorum est maxime strenuus, divorum (*bag̔ananm*) est vel maxime-sapiens, victoriosus, majestati consociatus, mille auribus, decem mille oculis, [ille] qui decem mille-speculatoribus-instructus [est], heros, omniscius, non-fallendus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mifram cet.

142 142. Mifram lata pascua possidentem adorabimus, veridicum, conciliatorem cet., qui primus [Maṣdaicæ disciplinæ] declarator fortitudinem promovet Sancti Spiritus creaturarum [augescere, pros-

[1] *Hvâmarĕṣ̌dika*, von selbst verzeihend, Justi.
[2] Justium apparet hic subintelligere verbum *yaṣamaidê*.

perare facit Ahura-maṣdæ creaturas], fauste-creatus, maximus Yaṣatas, quando corpus [suum] illuminat [quum apparet in splendore cælestis corporis sui] sicut deus Lunus peculiari-splendore-refulgens,
143 cujus [sc. Mit̔ræ] facies fulget veluti Tistryi 143
sideris, cujus [Tistryi, interdum] currum partitur [ille] nil-falsi-habens, princeps, o sanctissime [Ṣara-t̔ustra], sicut optima [duntaxat] animantia eximio splendore suo[1] [quæ sors nisi optimis contigit], lucido [isti] yaṣatæ [Tistryo] constructum [ab hoc] qui creator [est] Sanctus Spiritus [i. e. ab **Ahuramaṣda**], stellis-radiantem, cælesti-ingenio exstructum, qui [sc. Mit̔ras] decem mille-speculatores-habens [cui sunt præsto decem mille speculatores], heros, omniscius, non-fallendus.

Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo voc. ador. Mit̔ram cet.

144. Mit̔ram lata pascua possidentem adorabi- 144
mus, veridicum, conciliatorem, mille auribus præditum, formosum, decem mille oculis, procerum, late patentibus speculis gaudentem, fortem, exsomnem, vigilem. Mit̔ram ad-regiones-degentem adoramus; Mit̔ram in-regionibus-degentem adoramus; Mit̔ram penes-regiones-degentem [domesticum] adoramus; Mit̔ram super-regiones-degentem adora-

[1] *Hubâmya* Spiegelius videtur legisse *hûbamyâ*, quodque, illo vertente, ad *currum* refertur: Dessen Angesicht leuchtet wie das des Gestirnes Tistrya, dessen Wagen mitergreift der unbetrügliche, erste, o Heiliger, nämlich unter den schönsten der Geschöpfe, den mit Sonnenglanz für den glänzenden Yazata geschaffenen cet.

mus; Miťram infra-regiones-degentem adoramus; Miťram circa-regiones-degentem adoramus; Miťram per-regiones-degentem adoramus [adoratur Miťras regiones hominibus occupatas undique tenens, undique illas perspiciens quique ubicunque regionum est præsto saluti ad illum refugientibus in-
145 colis ferendæ]. 145. Miťram [et] Ahuram[1], excelsos, nunquam-interituros [æternos, integros] adoramus; Astraque, Lunumque, Solemque, plantas ad [ad plantas] verbenas, Miťram[que cum iis] omnium regionum antistitem adoramus.

146 146. Gloriamque, laudesque, auctoritatemque, potestatemque precor [benedico[2]] Miťræ latis pascuis, mille auribus, decem mille oculis, nuncupato-nomine Yaṣatæ [Yaṣatæ, qui, nuncupato nomine suo, celebratur], Râmanoque Q'astræ.

[1] *Miťra-Ahura*, substantivum compos., cujus utrumque membrum dualis numeri, ut alias sæpe, formam tenet.

[2] Quum Miťras, quamvis potentissimus genius, ipse tamen, ut qui creatus ab Ahura-maṣda, non Deus proprie, sed perfectissima quasi creatura est Dei, pietatis ergo fuit Miťram adorantium hominum, vota, quæ humanæ sunt potestatis, pro æterna et incolumi felicitate, tam istius, quam aliorum yaṣatarum facere, hisque precationibus, [tum illum, tum alios yaṣatas celebrantes, concludere. Simillime et moslemicæ religionis asseclæ sæpissime vota pro salute et tranquillitate animi prophetæ sui effantur, quamvis hunc nuncium summi numinis, eumque sanctissimum et perfectissimum, adeoque summi numinis familiarem et quasi necessarium, credunt.

IX.

LAUDES SOLIS.

IX.

LAUDES SOLIS.

KHURSCHED YASHT (VI).

1. Solem-lucidum, immortalem, splendidum, ra- 1
pidis-equis, adoramus. At quando Sol[1] in-splendore
[suo] lucet, at quando Solis lumen lucet, exsurgunt
cælestes Yaṣatæ, centumque milleque [centeni et mil-
leni]: [hi] istum splendorem corripiunt, istum splen-
dorem diffundunt (præs. conj. a r. *par* c. præp. *ni*),
istum splendorem distribuunt terram super ab-
Ahura procreatam, incrementoque (*frâďati*, instr.)
Integritatis mundos [augendo, juvando mundos inte-
gritatis, sc. mundos, ubicunque animantia integrita-
tis incolumitatisque legibus diriguntur, i. e. alius alii
non nocent], incrementoque Integritatis corpori [au-
gendo integritatis vires et robur, incrementoque [ip-
sius] Solis[2], qui immortalis, splendidus, rapidis equis
[qui immortalis est, splendidus et c.[3]]. 2. At quando 2

[1] Secundum Justium *hvarĕ* hic est genit. sing. Conf. eandem formam 3.

[2] *Hvarĕ* difficile est hic aliter nisi pro gen. accipere.

[3] Sie tragen den Glanz zusammen, sie verbreiten den Glanz, sie vertheilen den Glanz auf der von Ahura geschaffenen Erde, und fördern die Welten des Reinen, und fördern für den Körper des Reinen, und fördern die Sonne, die unsterbliche, glänzende, mit starken Pferden begabte, Spieg.

Sol augescit, fit [ille, sc. Sol] terram ab-Ahura-creatam purificans [1] [augescente sole, terra purificatur, liberatur a tenebris], aquam profluentem purificans, aquam fontium (*k'aṇnyaṇm*, [2] adj.) purificans, aquam lacuum purificans, aquam stagnorum purificans: fit creaturas (*daṇma*, acc. sing. collective) integras purificans [nempe], quæ [creaturæ] sunt Sancti Spiritus
3 [Ahura-maṣdæ]. 3. Si enim Sol non augescit [si non oriretur neque pergeret spargendo lucem], tum daêvi omnes trucidant qui existunt in septem karšvanibus [trucidavissent omnia animantia septem karšvanum], neque aliquis cælestis Yaṣatas [nullusque cælestium Yaṣatarum, nulli Yaṣatæ, *-yaṣata*, nom. sing. absque flex. pro plur.] in-mundo corporeis-animantibus-pleno propulsationem -daêvorum, neque vim resistendi tribuunt [3]- animantibus [absente lumine solis vel omnes cælestes Yaṣatæ nil contra tenebrarum
4 vim facere potuissent]. 4. Qui ergo adorat Solem quem immortalem [qui immortalis est], lucidum, rapidis-equis-insidentem, propulsationi tenebrarum [ad resistendum tenebris], propulsationi a-tenebris-nascentium [ortum suum a tenebris capientium] daêvorum, propulsationi furumque prædonumque [4], propulsationi Yatunarumque Pairika-

[1] Die Sonne wird eine Reinigung der Erde, reinigt die Erde, Just.

[2] Da ist — das Saamenwasser rein, Spieg.

[3] *Vi'dĕnti;* est etiam lectio *vidanti*. Spiegelius: nicht würde ein himmlischer Yazata in der mit Körper begabten Welt Abwehr (derselben, sc. daêvis), nicht Widerstand ausfindig machen.

[4] *Haṣaśnaṇmc'a.* Vocem hanc in Justii opere non inveni vertique ad Spiegelii auctoritatem.

rumque, propulsationi exitiosi, mortifeřri [sc. Aṇrô-mainyu, is] adorat Ahuram-maṣdam, adorat Immortales Sanctos, adorat Haomam [propriamque] animam [suam]; propitios-facit omnes mente-percipiendos [cælestes] Yaṣatas, interque-viventia-animantia-degentes, qui adorat Solem quem immortalem [qui immortalis est], lucidum, rapidis-equis-præditum.

5. Adorabo [itidem] Miťram latis pascuis, mille 5
auribus, decem mille oculis præditum. Adorabo clavam, bene-procusam[1] [ad decidendum] capitibus super daêvorum [clavam] Miťræ latis pascuis. Adorabo Amicitiamque, quæ est amicitiarum perfectissima inter Lunumque Solemque.

6. Illius pro potestate gloriaque, eum adorabo 6
vocali adoratione, Solem-lucidum, immortalem, splendidum, rapidis-equis-præditum. Sacrificiis [etiam] Solem-lucidum, immortalem, splendidum, rapidis-equis-præditum adorabimus, cum Haoma [adhibito Haoma] qui [sc. Haomas] [sacrificali cum] carne [sacrificali carni junctus sit], [cum] verbena, linguæ-sapientiam-impertiente doctrinaque sacra [cum recitatis verbis Ahura-maṣdæ a Ṣaraťustra prolatis], — cum-verbo[2] factisque [piis] sacrificioque vere-enunciatisque [veritatem enuncientibusque] vocibus [sc. vocibus nulla simulatione contactis[3]].

[1] Cf. annot. ad yt. x, 132.
[2] Conf. vend. xix, 9.
[3] Omnes hi instrumentales pendent a præcedentibus *Haoma yô*.

7 7. Gloriamque, laudesque, auctoritatemque, potestatemque precor [benedico] Solis-lucidi, immortalis, splendidi, rapidis-equis-præditi [1].

[1] Conf. x, 146 et annot.

X.

DE YIMA,

PRIMO GENERIS HUMANI PER TERRAS PROPAGATORE

EODEMQUE SERVATORE EJUS AB UNIVERSA CLADE.

X.

DE YIMA,

PRIMO GENERIS HUMANI PER TERRAS PROPAGATORE EODEMQUE SERVATORE EJUS AB UNIVERSA CLADE.

VENDIDAD, II, 1-38 (123).

1. Interrogavit Ṣarafustras Ahuram-maṣdam : 1
Ahura-maṣda, spiritus sanctissime, creator mundo-
rum corporeis-animantibus-præditorum, pure! Cui
primus hominum conversabaris, tu qui Ahura-
maṣdas [es], alius mei (præter me *mana*, gen.) quod
Ṣarafustræ [dat, — cui primo hominum colloque-
baris in terris coram et manifesto deus homini,
ut mecum nunc colloquere?]? Cui [primo] indicasti
[enunciasti, revelasti] religionem quam ahuricam,
Ṣarafustricam [cui primo revelasti religionem, quæ
Ahuram, unicum universi creatorem et dominum
prædicat, quæque, quasi antea ignota, Ṣarafustrica,
a nomine meo, qui illam in terris manifestavi,
cluet?]? 2. At dixit Ahura-maṣdas Yimæ, pulchro, 2
claro-duci-gentium, o innocue Ṣarafustra! Illi pri-
mus hominum conversabar [illi hominum conver-
sabar primus] qui Ahura-maṣdas [sum, — illi, ut
deus cum homine, primus conversabar, i. e. illi

primo hominum conversabar] alius te [præter te,
ante te, quem ad demandanda religionis meæ sacra
ipsum elegi]. Illi manifestavi religionem quam ahu-
ricam, Ṣaraťustricam [quæ de Ahura, unico universi
deo docet, a Ṣaraťustraque demum generi humano
3 promulgatur]. 3. At illi dixi [tum], o Ṣaraťustra, ego
qui Ahura-maṣdas [sum] : Subeas [impf. med.] mei,
Yima, pulchre, Vîvaṇhatis-fili, nuncius antistesque
religionis [suscipias munus nuncii antistitisque reli-
gionis meæ, — proprie : sis, subeundo quod tibi
demando officium, nuncius antistesque meæ reli-
gionis [1]]. At mihi is respondit [2] Yimas pulcher, o Ṣa-
raťustra : Non factus sum, non eruditus, nuncius
antistesque religionis [i. e. neque indoles, neque
4 peritia est mihi, ut hoc munus subire possim]. 4. At
illi dixi : o Ṣaraťustra, ego qui Ahuramaṣdas [sum] :
Si mei, Yima, non subis (perf. m. a r. *vîś* c. signi-
ficatione perf. græci) nuncius antistesque religionis
[si ad munus nuncii antistitisque religionis meæ ob-
eundum vires te deficiunt [3]], at mei animantia au-
genda-cura (*frâdaya* imper. caus. a. r. *frâd*), at mei
animantia increscere-cura [cura, ut augescant, ut
increscant, — imper. caus. a r. *varĕd*), at mei su-
beas (conj. præs. a. r. *vîś*) animantium altor [4], tu-

[1] Secundum Justium : *vîçañha mê*, gehorche mir.

[2] Synonymi verbalis illustrandi gratia, placet hic clarissimi Spieg. verba afferre : Man bemerke, dass hier von Yima gesagt wird *paiti aokhta*, während von Ahura *mraoṭ* gebraucht wird. Damit soll wohl angedeutet sein, dass Yima niedriger stehe als Ahura. (Conf. y. IX, 8.)

[3] *Yêzi mê nôiṭ vîvîçê*, wenn du mir nicht gehorchst, Just.

[4] *Vîçâi* (für *vîçâhi*), komm, Just.

tor custosque [subeas altor = subeas munus altoris,
sis altor]. 5. At mihi iste respondit Yimas pulcher, o 5
Ṣarat̃ustra : Ego tui animantia augenda-curabo, ego tui animantia increscere-curabo [curabo ut continenter increscant] : ego tui subeam (imper. m. a r. *viś*) animantium altor, tutor custosque [1]. Ne mei dominio [tempore dominatus mei] exsistat (aor. a r. *bû*) frigidus ventus, non calidus, non morbus, non mors [ne fiat inter homines, dominii mei tempore, neque frigidus, neque torridus ventus, neque morbus [2], neque mors]. — 7. At illi arma [in medium] 7
protuli ego qui Ahura-maṣdas [tunc arma, quorum ope generis humani tutorem præstare se possit, divinæ benevolentiæ meæ in homines documentum, in medium protuli, i. e. dedi ei] : ligonem aureum spiculumque auri-formam-reddens [3]. Yimas

[1] *Azem tê viçânê*, ich will dir gehorchen, Justius.

[2] Sequor Westergaardium. Clariss. Spiegelius deducit vocabulum a Sanscr. *añc*, *flectere*, vertitque illud Germanica voce Auflösung; apud Justium, *akhti* derivatum est a r. *añj*, salben, beschmieren, significatque hoc loco : *Unreinheit*, qui sensus facile jam in sensum *pestis*, *morbi*, ut vir cl. notasse videtur, abire potest.

[3] Yimas religionem summi numinis, quocum coram conversabatur, plane hic, ab illo sibi revelatam (1-2), tenuisse exhibetur; sed leges istius religionis hominibus ævi sui promulgare postquam par non esset — quum neque malæ artes, quæ illis essent coercendæ, in homines irrepserint — a summo numine, amore illibato in creaturas suas propenso, quippe quod jam inde ab initio homines omnium mysteriorum suorum participes facere fuerit paratum (3), concessum habuit, sub sanctissima ab ipso possessarum sacrarum legum tutela, prosperitati propagationique generis humani per terras consulere, quod munus Yimas in se sumpsit, malaque tunc ab hominibus, nisi physica, si fas est vocabulo uti, avertenda habuit. Tales mihi vi-

[sic] est [factus est] in-ferendo dominatus [Yimas inauguratus est tutor et custos animantium, traditis illi armis, usui et incremento hominum inservientibus].

8 8. At Yimæ (dat.) regimini (dat. comm.) trecenti-hiemes [anni][1] præterierunt; at ei [proprie : ejus] hæc terra fuit plena pecorumque, jumentorumque, hominumque, canumque, aviumque, igniumque

dentur in hoc fragmento hucusque (1-6) Yimæ Saraťustrici partes. Quæ mox sequuntur (6. Westerg. ed.), a clarissimo Spiegelio jure in textu et in Germanica versione omissa, evidentissime aliunde sunt conflata, supplendique partim, tum de magnitudine Yimæ, tum de posterioribus illius fatis, intempestivum studium redolent, partim vero additiciæ in Yimam pietatis verba exhibent. — Sub *śufra* doctissimus Justius *aratrum* (Pflug) intelligit; sub *astra stimulum* et *mucronem* (Stachel, Dolch). Certe aliquid acutum posterius vocabulum significare quum etymologia vocis, tum Vedicus usus ejus docet. Quod ad *śufram*, Justii opinioni me adjungo in hoc, instrumentum *arandi*, sensu *dimovendi terram*, vocabulum hoc priscis Airyis valuisse, ut Yimas mox (10 cet.), proprio actu suo in *śufra* tractanda, docet, sed absque boum robore ipsiusque hominis vi, ut primitivo agriculturæ armamento. Quum *śufra*, tum *astra*, mihi apparent prima armamenta ad dimovendam terram, ut frugis semina illi confidi possint, esse, Yimasque hic, agricolaris industriæ ope, tum terram cultui huic dilatasse, tum ipsos homines propagasse videtur.

[1] Apud Spiegelium : *ťriśatô ṣĕma*, apud Westergaardium, quem et Justius sequitur, *ťriśatô-ṣima*. Mihi, postquam de Yima, animantium rectore, a summo numine constituto, hic est narratum, de hoc, quod præcipuum munus sibi impositum, nempe propagandorum animantium (*âaḍ mê gaêťâo frâďaya, âaḍ mê gaêťâot varĕďaya*), Yimas *certo temporis spatio* exsecutus est, continua narratio tradere nunc videtur, dilatationem autem terræ, sine qua ulterior hominum propagatio locum obtinere non potuit, jam postquam *sufræ astræque* ope illam Yimas aperire cœpit, designatam esse, ad quod credendum invitat me etiam Slavica vox *ṣima*, quæ ubique inter Slavos *hiemem* significat.

purpureorumque[1] flammantium. Non illam (*hîm* acc.) locos inveniebant (*vindĕn*, imperf. a r. *vid*, — non erat illis terra locus, i. e. non amplius locum consistendi dabat) pecoraque, jumentaque, homi-
nesque; 9. at Yimam admonui: Yima pulcher, Vî- 9
vaṇhatis-fili! plena hæc terra facta est pecorumque, jumentorumque, hominumque, canumque, aviumque, igniumque purpureorumque flammantium: non illam locos inveniunt [deficiunt eos in illa loci] pe-
coraque, jumentaque, hominesque. 10. At Yimas 10
refugit cælestia-lumina versus, ad meridiem [in meridie] solis ad viam [convertit sese ad cælum, ad intima cæli, i. e. ad Ahura-maṣdam, seque, sicut sol ad summam meridiei regionem provectus, inclinavit usque ad terram, deum adorando][2]. Ille [Yimas] hanc terram dimovit (*śu*) ligone aureo, perillam -fodit [perfodit] spiculo, sic loquens: Cara sancta Ârmaiti[3], pro-que-gredere (progredere, a r. *śu*) exque [pandere, expandere, expande temet] mea precatione [ad precationem meam] ferendo [ad sustentandum, nutriendum] pecorumque, jumentorumque, hominumque [ad sustentandos pecora, ju-
menta, homines]. 11. At Yimas hanc terram *sic* 11
dilatavit una tertia parte eo majorem ut ante hoc

[1] In *śukraṇmća, ća* pro expletivo accipere nil impedit, ut sæpe in Sanscritis ślocis.

[2] Verba: *Yimô fraśûśaḍ raoćâo â upa rapitwaṇm hû paiti aďwanĕm*, mihi simpliciter significare videntur: *venerationem Ahuræ-maṣdæ exhibuit.* Conf. quod ad *Φράσεως* et metaphoræ sensum yt. x, 118.

[3] Diese Gottheit, der Genius der Erde, heisst eigentlich: heilige Weisheit, *âr + maiti* von *âra, ara* vollkommen, Spieg.

fuit [i. e. auxit terram tertia parte, novum videlicet spatium terræ, anterioris tertiam partem exæquans, cultui humano aperuit]: per-hanc[1] inde gradiebantur pecoraque, jumentaque, hominesque, suam secundum voluntatem desideriumque, sicut quamlibet [i. e. huc vel alio, cito vel lente cet.] suum [cujusque procedendi] desiderium [fuit. Sensus phraseos : homines et animalia plane liberi et felices terram incolebant].

12 12. At Yimæ dominatui [alii] sexcenti-anni prærierunt. At illi hæc terra fuit plena pecorumque, jumentorumque, hominumque, canumque, aviumque, igniumque purpureorumque flammantium : non eam locos inveniebant [non inveniebant in ea locos ad subsistendum] pecoraque, jumentaque, ho-
13 minesque. 13. At Yimam admonui: Yima, pulcher, Vîvaṇhatis fili! plena hæc terra facta est pecorumque, jumentorumque, hominumque, canumque, aviumque, igniumque purpureorumque flammantium : non [in] hac terra locos inveniunt pecoraque, ju-
14 mentaque, hominesque. 14. At Yimas confugit cælestia-astra versus, in meridie solis adinstar viæ[2] : ille hanc terram dilatavit ligone aureo, per-illamfodit [perfodit] mucrone, sic loquens : Cara sancta Ârmaiti, pro-que-gredere [progredere] exque-pandere [expande temet] hac-precatione [mea] ferendo [ad

[1] *Tĕm* auctore Spiegelio, ad subintelligendum *ťrišûm* referri debet; in versione mea pro [illegible], masc. pro f. usurpatum (ut sæpe Ṣendicis libris generum inversio occurrit) accepi.

[2] Vide annot. ad 10.

sustentandum, conservandum—] pecorumque, ju-
mentorumque, hominumque [ad servandos pecora,
jumenta hominesque]. 15. At Yimas hanc terram 15
dilatavit duabus tertiis partibus eo majorem [fa-
ciendo] ut ante hoc fuit [auxit terram duabus ejus ter-
tiis partibus, i. e. porro novum terræ spatium, ante-
rioris duas tertias partes exæquans, cultui humano
aperuit] : super- hanc[1] inde deambulabant pecora,
jumentaque, hominesque, suam secundum volun-
tatem desideriumque, prout quamlibet suum desi-
derium [quocunque deambulandi fuit]. 16. At Yimæ 16
dominatui nongenti-hiemes [anni] præterierunt. At
illi hæc terra fuit plena pecorumque, jumentorum-
que, hominumque, canumque, aviumque, ignium-
que purpureorumque flammantium: non in-illa locos
[sibi] inveniebant pecoraque, jumentaque, homines-
que. 17. At Yimam admonui : Yima, pulcher, Vîva- 17
ṇhatis-fili ! plena hæc terra evasit pecorumque, ju-
mentorumque, hominumque, canumque, aviumque,
igniumque purpureorumque flammantium : non in-
illa locos [sibi] inveniunt pecoraque, jumentaque,
hominesque. 18. At Yimas convertit sese cælestia 18
astra versus, sub meridiem solis adinstar viæ [coram
deo sese inclinavit usque ad terram][2] : surrexit [exti-
tit] bos nutritor-regionum, formosus, dicta verba-
tenens [dictis obediens] jussorum [obsequens jussis,
hominum voluntati se submittens, nempe collum
suum patienter, ad solum arandum, jugo præ-

[1] Vide annot. ad 11.
[2] Vide annot. ad 10.

bens[1]. Ille [Yimas posthac] hanc terram dimovit ligone aureo, per-illam-fodit [perfodit illam] spiculo, sic dicens: Cara, sancta Ârmaiti! pro-que gredere, ex-que [te pande, expandeque temet] hac-precatione [mea ad] sustentandum pecoraque, jumentaque, ho-
19 minesque. 19. At Yimas hanc terram [inde] dilatatam fecit tribus partibus hoc majorem ut ante hoc [antea] fuit: hanc inde peragrabant pecoraque, jumentaque, hominesque suam secundum voluntatem desideriumque, sicut vel quamlibet suum [sese in terra movendi] desiderium [fuit].
20 20. Primique post millenii decursum incolumitatem Yimas faciebat [observabat, — se nullius effectorem noxæ præstabat] tanto (*avata* instr. neutr.) spatium-temporis [quod ad spatium temporis, i. e. tanto spatio temporis, per tantum spatium, sc. per omne spatium temporis, quo —], quantum tempus [per quantum tempus] mente-prædita creatura pura [ab Ahura] procreata extitit [quamdiu homines puri perstabant esse][2].

[1] Interpretando sic, etymologiæ vocum, præcipue vero vocis *śaṇśaṇhaṇm*, quæ a *śaṇh* (sprechen, nennen, befehlen, Just.), deducitur, incubui, in *boveque regionum nutritore* video secundam agrorum cultionis disciplinæ periodum, quæ ligonem spiculumque veris aratris, etsi relictis prioribus nominibus, mutavit. Verba a Spiegelio omissa Windischmannus vertit: Aufstand die Kuh, die Landtragende, schöne Worte sprechen die Befehle; Justius sub *śaṇśaṇh* : *śrîra ukd'avaćâo śaṇśaṇhaṇm*, die schönen Worte der Lobpreisungen.

[2] Verbis hisce, si quid video, innuitur causa, quæ summum numen ad extinguendum genus humanum, Yimæ asseclis exceptis, una cum ceteris animantibus compulit, simul et ipsius Yimæ, quamvis hic non descriptus, posterior lapsus; quod si est verum, duas in unum conflatas traditiones lector in hoc fragmento facile videbit. —

21. Concionem instituit qui creator [est] Ahura- 21
maṣdas cum cælestibus yaṣatis [convocavit concio-
nem] celeber [universe deus creator agnitus] in
Airyano seminario [in prima Airyorum terra] beni-
gnæ Dâityæ [benigni fluminis D., quod irrigat, per-
fluit benignum flumen Dâitya]; concionem instituit
[etiam] qui Yimas splendidus, bene-turbas-hominum-
regens cum optimis hominibus [convocavit ad con-
cionem optimos homines], inclytus in Airyano semi-
nario benigni [fluminis] Dâityæ. Ad- hanc concio-
nem -advenit [in hanc concionem venit, concionem
ingressus est] qui creator [est] Ahura-maṣdas cum
cælestibus yaṣatis, celeber in Airyano seminario; ad-
hanc concionem -advenit [concionem est ingressus]
qui Yimas splendidus, bene-turbas-hominum-regens
cum optimis viris, inclytus in Airyano seminario
boni [fluminis] Dâityæ.

22. At dixit Ahura-maṣdas Yimæ : Yima, pul- 22
cher, Vîvaṇhatis-fili ! in mundum corporeis-animan-
tibus- præditum pernicies hiemis veniunto[1] quo ex
[ex quo, quare] rigidum, mortale frigus [animantia
invadet]; in mundum corporeum pernicies hiemis
veniunto, quo ex [ex quo, quare] confertissimorum

Baṇṣaṇh (Grösse, Stärke, Tiefe, Just.) bene græco *βάθος* respondet significationemque *spatii* (de tempore) hic accipere videtur.

[1] *Ag'ĕm,* coll. sing., rectissime explicantibus Spiegelio et Justio, facillime cum plur. imper. *ǵag'ĕntu* construitur, quæ ultima forma cladem in homines aperte ab Ahura-maṣda, puniente videlicet homines ob flagitia ab iis commissa, non ab Aṇrô-mainyu, qui posterioribus temporibus unicus cujuscumque mali fons apud Airyos credebatur, fluxisse apparet. (Conf. yt. xix, 18.)

nivium casu ninget in- elatissimis montibus, [sicut et in] profundis[1] Areduæ [nix pariter in elatos et in
23 depressos locos delabetur]. 23. Tres-partes-que hic *tunc*, o Yima, pecoris[2] peribunt, quodque fuerit in-maxime-metuendis regionum [in regionibus difficillimis accessu], quodque fuerit editis-locis in [in editis l.] montium, quodque fuerit in- campis convallium, in- amœnioribus sedibus [sensus in universum : animantia peribunt ubicunque locorum
24 extitissent]. 24. Ante [istam] hiemem hac [in] regione erit frugiferum [fertilitas][3]. Hac [hieme, hoc cladis

[1] *Baṇśnubyô areduyâo*, in den Tiefen (Schluchten?) der Ardvi, Just. *Ardvi* est nomen feminei genii aquarum : *in profundis Areduæ* idem est ac *in imis locis*.

[2] In *triśʿaḍ* cum Justio nom. neutr. video, in hoc a doctissimo viro discrepans, quod vocem hanc non *tertiam partem* (ein Drittel des Viehs wird umkommen, Just.), sed *tres partes* significare puto, quæ significatio propius ad universam animantium et generis humani cladem (22, 24) accedit. Sed quum ultimum exitium, quod a summo numine Yimæ nunciatur, homines præcipue attingere videtur, postquam ex universo genere humano nisi bis mille nongenti (i. e. 3,800 homines et feminæ) conservationi destinantur (30, 38), cur hic nisi de *pecoris* (si *geus* cum Justio, quem in versione sequor, pro pecore, latiori videlicet sensu, nempe pro animalibus in universum, quæ hominem sequuntur, est accipiendum), non de hominum strage enunciatur? Certe, aut manet hic aliqua lacuna, aut statuendum, pigere summum numen, postquam jam universam animantium cladem nunciaverit (22), de exitio præstantissimi a se creati animantis, quod sanctitatis leges, insitas sibi, violaverit, hic nominatim efferre. Ceterum *gâo* in universum animalia, hominibus in numero eorum inclusis, ut *caro* in analogo Geneseos loco (קץ כל בשר בא לפני, VI, 13), nil impedit, ut significaret, talisque significatio vocabuli optime forsan totius hujus orationis contextui responderet, quæ explicatio etiam priorem minime excludere potest.

[3] Conf. quæ in XLI Gen. traduntur de fertilibus annis in Ægypto, quos universæ sterilitatis clades est secuta (ויהי רעב בכל הארצות

universæ tempore] aqua primum impetuoso-fluxu,
post tabem nivis, altaque [dein], hic, o Yima, isti
corporeo-mundo adveniet [submerget mundum],
quod [ut] hic [in terris vel] pecoris balantis [nisi]
vestigium-pedum, [post pabula absumpta], videbit
[quis, videre licebit, impers.][1]. 25. At [tu] istud 25
(τὸν) claustrum [sibi] fac stadii-longitudine[2] quod-
libet ad quatuor-laterum [ad quodlibet quatuor la-
terum][3]: huc germina defer pecorumque, jumen-
torumque, hominumque, canumque, igniumque

54 cet.). — *Hac in regione*, scilicet ubi Yimas residebat. Fertilitas cladem præcedebat, ut Yimas penum omnemque ad tempus cladis apparatum absque ullo impedimento providere atque colligere possit.

[1] Primum plagæ initium rigidior hiems Yimæ nunciatus videtur esse, quo finito universum diluvium secuturum, ita, ut *primum*, tabescentibus nivibus, in convalles et planities rabidissimi decurrant torrentes, *post* vero, ubi, præ aquarum copia, jam torrentes subsistere non possent, una aquæ moles (*abda afs*) universam terram submergat. Intelligendo sic locum, vocem *abda* cum Justio ad præcedentem *afs* refero. — *Yad id'a paśeus anumayêhê pad'ĕm vaênâiti*, locutio proverbialis videtur esse, sensu: *ut ne vestigium ovis vel capræ relinquetur*, i. e. *ut nihil relinquetur*. Justius: So dass man des Kleinviehs Fuss sehen kann, d. h. durch die Fluth wird die Weide so zerstört, dass man statt des Grases die Fusstritte des Viehes sieht.

[2] *C'arĕtudragô* est adj. determinans vocem *varĕm*, ante quam *tĕm* Græci articuli vim habere videtur.

[3] Windischmannus: Bahnlang nach jeder der vier Seiten. Spiegelius: Von der Länge einer Reitbahn nach allen vier Winkeln. Justius: Nach jedem der vier Winkeln. Apparet Ṣaraṫustricum *varam* et Mosaicum תבה quadranguli formam referre, sed, si in *varo* omnia latera paria essent, quadratum illum extructum Ahura-maṣdam voluisse. Ratio magnitudinis utriusque ab usu, ad quod utrumque construendum imperabatur, pendet, quum תבה fluctibus innatando, *vara* autem restando in loco, fluctibus diluvii se opponere animantiaque una cum homine servare destinabatur.

purpureorumque flammantium [huc defer pecora, jumenta cet. germinandi, i. e. sese propagandi, unumquodque ad conservandam suam, per tempus diluvii, speciem idonea; defer huc omnia probis hominibus pertinentia et ipsos homines][1]. At hoc claustrum fac stadii-longitudine quodlibet ad [latus, ad quodlibet latus] quatuor [laterum] hominum habitationi; stadii [in] longitudinem [etiam] quodlibet ad [ad quodlibet] quatuor [laterum] animalium sta-
26 bulum [fac][2] 26. Huc [sc. in claustrum] aquam

[1] Ut sic vim vocis *taoḱman*, quæ proprie *semen* (Keim, Saame, Justius) significat, intelligam, monet me hoc, quod infra (28, 30) homines ceteraque animantia binos, ad sese propagandum, in diversis partibus claustri constituendos Ahura-maṣdas imperavit; non abstracte itaque, ut Mahâb́ârata, ubi Manui, ante diluvium, semina rerum (*vîǵâni sattvânâm*, si bene teneo) a Brahma in nave conservanda injunguntur, hic agitur, quamvis in expressione simili (*taoḱma* = *vîǵa*) similis traditionis potuerunt hic mansisse abruptæ reliquiæ. Spiegelius in Comm. *taoḱma* Germanicis vocibus : Same, Nachkommenschaft, vertit.

[2] Hic etiam sub *gâo* non *bos* solummodo, sed in universum quadrupedia animantia, homini proxima, opinione mea, intelligi debent (cf. y. IX, 29). Offendit primo aspectu, summum numen, postquam claustrum in stadium quadratum, ad omnia animantia cum hominibus, qui servari debebant, continenda, Yimæ extruendum imperasset, mox animalibus collocandis quasi novum claustrum æqualis magnitudinis extruendum imperare. Sed non erit ita, si attentius rem et orationis tenorem perpendes. Verbis Ṣaraṫustrici numinis, qui dei vindicis flagitiorum in dilectissimas suas creaturas partes assumit, quamvis ejusdem, indole et natura sua, placidissimi, dum eripiendis a communi interitu innocuis servandisque illarum speciebus per Yimam consulit, certe aliqua commotio inesse debuit, animi vero commoti proprium est multa enunciata, obscuritatem sermonis non curantis, uni alicui subjungere, donec ulteriores verborum fluctus, ut hic res sese habet, sæpe manifestius propositum ejus detegent. Ṣaraṫustricum numen satis esse duxit ad conservandam diluvii tem-

profluere-cura[1] hâ͑fræ-magnitudine viam [longitudine spatii unius hâ͑fræ]. Ibi [in claustro] aves collocandas-cura, in[mittendas huc cura eas] cum (*maḍ*) [fruge] aurei-coloris, cum [sc. fruge] vescendo [ad vescendum] non-deficiente. Ibi [in claustro] habitacula institue, domosque, columnasque, propatulaque, conseptaque. 27. Huc omnium virorum femi- 27
narumque germina [huc viros feminasque sese propagandi idoneos] defer, qui sunt hujus terræ [in hac terra] maximique, optimique, pulcherrimique; huc [in claustrum] omnium animalium (*geus*, sing. coll.][2] specierum germina defer [defer omnes species animalium sese propagandi idoneorum], quæ sunt hujus terræ maximaque, optimaque, pulcherrimaque; 28. huc [in claustrum] omnium planta- 28
rum germina defer, qui [masc. pro f.] sunt hujus terræ procerissimique, suaveolentissimique; huc [denique] omnium edulium germina defer, qui [masc. pro neutr.] hujus terræ dulcissimique, suaveolentis-

pore humanam solummodo speciem unius stadii quadrati locum, quum vero et animalia ad humanam opem essent conservanda, etiam illorum conservationem huic enunciato, homines proprie contingenti, subjunxit; sed mox repetit verba, quibus distincte hominum animaliumque conservationi loci mensuram destinat, quam tamen non ut plane separatum utrisque spatium est intelligendum, quum homines per totum claustrum collocandi Yimæ ab eodem numine infra (30) imperantur. Fuit ergo totum hoc claustrum loco duorum quadratorum stadiorum occupando destinatum, in quo si quem fugit, cur homo æquale cum animalibus spatium obtinet, inducat in animum animalium species non potuisse quin plures hominibus essent.

[1] Lego cum huẓvârico, a clarissimo Spiegelio citato, interprete: *fratâcaya*.

[2] Vide annot. ad 26.

simique. [Omnia] hæc fac copulis-maris-et-feminæ[1] perenne (*ağyamnĕm*, acc. s. coll. — fac perennia, sese propagantia, — provide perpetuæ animantium propagationi, uniuscujusque speciei eorum binis, maribus videlicet et feminis, a clade universa servatis), omne usque ad hoc quod [perpetuo donec] hi homines in diversis-partibus-claustri [a te confecti] subsistent [dum servati homines manebunt in claustro, i. e. usque ad tempus quo universa animantium calamitas consummata fuerit, ne alias species animantium interirent][2]. Non ibi [sit] altercatio, non jurgium, non odium, non simultates, non mendicatio, non fraus, non staturæ-brevitas, non gibber, non modum-excedentes-dentes-habens-quis, non figura quæ excedens-corporis-justam-mensuram [est], neque [demum] aliqua aliarum notarum, qui (quæ, — masc. pro neutr.) sunt Mali Spiritus nota [sing. coll. — quæ notæ sunt Mali Spiritus] hominibusque
30 superimposita[3]. 30. In summo [acc. neutr.][4] regionis [quæ claustro conformando destinata erit] novem tractus facias (conj. med. ar. *kar*), medius [in media regione] sex, infimus [in infimo claustro] tres.

[1] Conf. זכר ונקבה יהיו, Gen. VI, 19. *Miťwairê*, pro loc. s. accipio; secundum Justium vocabulum est : n. dual. acc. (diese Paare mache zu etwas unversiegbarem, d. h. mache diese Dinge paarweise und unversiegbar).

[2] Plur. *varĕfśva* bene infra 30 illustratur.

[3] His verbis enumerantur primum malæ artes et delicta mortalium, post vero miseriæ et physica vitia quæ ea sunt secuta, quæque omnia delendorum animantium diluvio causa fuisse traditur.

[4] Conf. yt. x, 126 (*duśi*

In-summo [acc. n.] tractus [in summo tractu] mille hominum feminarumque germina [1] defer [colloca in summo tractu], medius [in m. tr.] sexcenta, infimus [in infimo] trecenta. Com[pellas]que [collocando, ad collocandum se] *omnia* hæc in-tractibus-claustri (*varĕfšva*) ligone [tuo] aureo [ad datum a te ligone aureo signum, animantia selecta in tractibus claustri collocantor]. Ad-que hoc claustrum -pone [proprie : fabrica, fac, *marĕṣa*, appone claustro] portam, fenestram[que] sui-lucis-compotem, introrsus [2].

33. At Yimas claustrum fecit stadii longitudine 33

[1] Quum *haṣanrĕm* et sequentia numeralia ad *taokma* referuntur, binum hic numerum conservandorum in tractibus claustri hominum, nempe virorum et feminarum, statuendum puto, ut tota illorum summa sit : tres mille octingenti viri et feminæ.

[2] *Dvarĕm raočanĕm* pro asyndetis accipio, *qâraokšnĕm*, sua luce, i. e. facultate lucis in claustrum immittendæ præditam (fenestram), pro: ut luci immittendæ inserviat. Ipsa res monet *raočanĕm* hic collective usurpatum esse. Conf. quæ Gen. VI, 16 de *fenestra* itidem, puto, collective et de *porta τοῦ* תבה traduntur [צהר תעשה לתבה ואל אמה תכלנה מלמעלה ופתח התבה בצדה תשים]. — Quæ sequentibus 31 et 32 narrantur evidentissime posterioris sunt notæ nihilque commune cum simplice, eodemque nescio quid sublime Ahura-maṣdæ oratione spirante, habent, quum in iis Yimas *manibus et pedibus, sicut homines faciunt* (quasi homo non esset), circa constructionem claustri sui laborans inducitur, ideoque a me sunt omissa. Piissimus in Yimam et Ahura-maṣdam interpolator officii sui videlicet ducebat, postquam moles constructionum, duorum quadratorum stadiorum spatium implens, earumque undique elatissimo muro cinctarum et defensarum, ab Ahura-maṣda Yimæ imperata esset, ne dubitent lectores mandatum dei Yimam reapse effecisse, facetissime hic *propria persona* Yimam id exsequentem facere, immo, cæmentarii vel laterarii adeo partes agere, minimeque hujusmodi pietatem pessimæ esse notæ respiciebat.

quodlibet ad quatuor laterum [ad quodl. quat. l.] :
ibi germina detulit pecorumque, jumentorumque,
hominumque, canumque, aviumque, igniumque
purpureorumque flammantium. At Yimas claustrum
fecit stadii-longitudine quodlibet ad quatuor laterum
[ad quodl. qu. l.] hominum habitationi : stadii-lon-
gitudinem-exæquans [etiam] quodlibet ad quatuor
laterum [ad quodl. qu. l.] animalium stabulum[1].
34 34. Huc aquam induxit hâfræ-mensuræ viam [spatio
hâfræ]. Ibi aves collocavit : con[locavit] una-cum
(*maḍ*) aurea-fruge, cum in-vescendo non-deficiente.
